

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## **Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corrvpto et Instavrato

**Chamier, Daniel**

**[Frankfurt], 1627**

Liber decimusseptimus, De coelibatu sacerdotum

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-885)

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

De

COELIBATV SACERDOTVM.

Caput Primum.

DE PRESBYTERO TEMPERANTE, CONTINENTE, ET SANCTO.



STO nobis superiori labore confirmata coniugii libertas. Nunc Papistarum partes sunt, vt suam prohibitionem, si possunt, tueantur.

II. Primus illis impetus à Pauli verbis ad Tit. 1. Episcopum oportet esse hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem. Vrgent Græcas voces σώφρονα, ἡγροῦν: atque his tantum non deierant significari abstinenciam ab vxoribus. Σώφρονα esse ambiguum, ex Hieronymo Bellarmino notat, prudentem, sobrium, castum: sed hoc loco castum. Et quia castitas sit etiam coniugalis, addi ἡγροῦν continentem, id est, eodem teste Hieronymo, abstinentem ab vxoris amplexibus. Nam, inquit Turrianus, Castus, siue pudicus & continens non est Episcopus, aut presbyter, si cum vxore consuetudinem habeat. Torrensis addit, ἄγιον, id est, castum & impollutum, autore Dionysio de diuinis nominibus: vnde, teste Sixto secundo, illud fuit Græcorum ante communionem τὰ ἅγια τοῖς ἀγίοις: vt intelligat qui se non sanctum agnouerit, sancta non debere contingere.

III. Hinc facilis formatur Syllogismus. Quisquis est σώφρον, & ἡγροῦν, & ἄγιος; abstinere vxoris complexibus. At presbyteros oportet esse σώφρονas, ἡγροῦντας, ἀγίους. Ergo hos oportet abstinere vxorum complexibus. Maior testimonio nititur Hieronymi, & Sixti: minor testimonio Apostoli.

IV. Ad minorem non erit respondendi magnus labor. Nam præter Torrensis τὸ ἄγιον, reliqua admittuntur. Ille autem vbi animum habuerit, non est facile dicere, & iam miratus est Espensæus. Nam Apostolus ὁσόν dicit, non ἄγιον: non quidem valde aliena significatione: sed tamen aliena voce. In quo doleamus licet vicem lepidissimi sophistæ, cui tam præter spem præciditur anfa festiuæ allusionis ad illud τὰ ἅγια τοῖς ἀγίοις: qua alioquin nihil frigidius.

V. Sed illo, veniali scilicet peccato condonato, in maiori longe fædior lapsus, mera falsitas. Nullum enim est eorum nomen, siue σώφρονα, siue ἡγροῦν, siue ὁσόν, siue etiam, vt volebat Torrensis, ἄγιον dicas, quo vlla necessitas importetur abstinendi à complexibus vxoriis. Nihil, inquam est, quominus qui iis complexibus vtitur, sit quicquid iis vocabulis designatur. Dicam de singulis ordine.

VI. Primus locus est τὸ σώφρον: hunc castum reddunt. Bene quod ambiguum fatentur: ne eis dicatur pudor periisse. Nam οἱ τῶν ἡθικῶν ποιῶν didicerint ab Aristotele magnorum Ethic. 2. cap. 6. τὸν σώφρονα esse τὸν μὴ ἔχοντα ἐπιθυμίας φαύλας, τὸν τε λόγον ὀρθὸν τὸν ἀπὸ τοῦ βίου: & ad Nicomachum 2. cap. 7. σώφρονα esse ἀπὸ ἡδονῶν καὶ λύπης saltem σωφροσύνης μετρίότητι. Quis autem nesciat, tum ἡδονῶν σωφροσύνη longe patere latius, quam amplexus vxorios, & τῶν ἐπιθυμίας versari circa παντοδαπὰ ἡδονῶν? Vnde Aristoteli consentiens Augustinus, de Ciuitate Dei lib. 19. cap. 4. eam describit, qua carnales frenantur libidines, ne in qua flagitia mentem consentientem trahant.

VII. Sed hoc saltem loco, inquit, castum significat. Imo hoc ambiguum, inquam: vel enim ἡθικῶν, quasi exclusis aliis partibus, quæ alias eodem ambitu comprehenduntur: vel ἡθικῶν, quomodo nominato genere, omnes species in mentem venire oportet. Quod si illo modo velint, debuerunt viri si non mali demonstrare. Nam dissentire videntur Salmero, & Justinianus in Epistolam ad Timotheum. Salmero, Græca vox habet, σώφρονα, vnde σωφροσύνη apud Aristotelem in Ethicis, temperantia est: vna ex quatuor virtutibus primariis, moderans omnes inordinatos & inhonestos appetitus facultatis concupiscentis, id est, cibi, potus, & Veneris, & modum illis præfigens. Justinianus. Aristoteles temperantiam σωφροσύνην appellat, quasi mentis prudentiam, & sanitatem seruet, vt ibidem asserit Aristoteles, secutus Socratis sententiam apud Platonem: quanquam ea voce existimat Augustinus etiam fortitudinem & modestiam significari, vt ea virtus omnes consumaces repugnantisque rationi cupiditates coerceat, atque cohibeat, quæ plurimum prudentia obsunt. Et quid est, quæso, in toto textu Apostoli, quod hanc expositionem respuat? Neque enim, puto, censuit Apostolus vni huic concupiscentiæ, quæ est circa vxoris legitimæ amplexus, cohibendæ intentum Episcopum, alias omnes fusque deque habere.

VIII. Quod si igitur posteriorem sensum malint, ἡδονῶν τὸ σώφρον. Sed quid ille ad Cœlibatus carnificinam? Nam idem modus esse debet τῆς σωφροσύνης ἀπὸ τῆς ἀφροσύνης, qui est ἀπὸ σίτου, καὶ ποτοῦ. At iste non in eo consistit, vt abstineatur prorsus à cibo & potu: sed, vt qui vtitur, & sciat & possit sibi temperare: ne trans moderationem migret.

IX. Denique, vt castum significet, tamen castitas est in coniugatis ventibus sese mutuo. Testes sunt & facti, & prophani. Paulus 1. ad Timoth. 2. de muliere loquens, Seruabitur, liberos gignendo, ian μειώσιν, si manserit in fide, & dilectione, & sanctificatione καὶ σωφροσύνης, ium sobrietate, inquit Vetus interpres: cum modestia, inquit Beza: cur non nos, cum castitate? Quod & Hieronymus mauult. Et Tremellius, Boderianusque ita vertentur Syrum חַוְוָה חַוְוָה. Habes ergo hic mulieres permanentes in castitate, etiam tum cum τικρογοισοῦσι.

IX. Nam quod Hieronymus detorquet ad filios, tam frigidum est, vt mirum sit tanto viro in mentem venire potuisse: Tunc saluabitur, inquit contra Iovinianum primo, si illos genuerit filios qui virgines permansuri sint. Nam quid, si non virgines permanent: quales non Ismael tantum Sara, aut Esau Rachel, sed etiam Isaacum & Jacobum? an propterea æquum est sanctarum mulierum incertam esse salutem? Scio vrgeri numerum pluralem μαινῶν, cum præcesserit in singulari γυνή: sed instantiam nihili esse, is facile sciet, qui aduerterit & Hebraïsmos multiplices passim occurrere in Nouo Testamento, & hunc esse vfitatissimum, collectiua nomina promiscue vtriusque numero copulari. Quod Beza notauit, Cur ad pluralem numerum repente transiret Apostolus, hac causa fuit, quod in genere differat de omnium vxorum Christianarum officio, collectiue posito γυναικῶν nomine. Et habuit discipulum Salmeronem. Nec est loquutio incongrua: quia vox illa mulier, vicem collectiui nominis habet, sub quo plurima indiuidua continentur, vt Turbarunt, Forum clamant: nec hoc nouum est in Paulo, & Prophetis, de numero ad numerum transire.

X. Nazianzenus oratione in Cyprianum: ἀκρεῖς παρθένοι, καὶ σωαγαλλισθεῖτε μὴ μὲν ἵνα σωφρονοῦντες τῆς καὶ φιλοσοφίας. Vertit Bilius. Audite virgines, ac simul exultate: imo etiam quacunque pudicitiam in matrimonio colitis, ac pudicarum amantes estis. Vbi vides oppositam virginibus pudicitiam coniugatarum. Quod imitatus Chrysostomus, oratione prima de precatone: εἴτε παρθένας ἢ ἑσθλὰς εἴτε τῶν ἐν γάμῳ σωφροσύνην πρὸς ἑαυτὰς ἀγαπῶντες: Pomponio Brunello interprete: Sine quibusdam virginali pudicitiam adamauerit, siue nuptiarum temperantiam colat. Rufus Nazianzenus sororem Gorgoniam coniugatam dixit fuisse σώφρονα αὐτοφρον, citra supercilium pudicam. Basilius de abdicatione seculi, εἰς δύο διαίτη βίωσιν τὰ τῶν ἀνθρώπων, hominum res duplici vita genere distinxit, συζυγίαν λίγων καὶ παρθένας coniugio videlicet, virginitateque, vt qui virginitatis ferendo certamine pares esse non possent, hi sibi vxorem adiungerent: ea tamen conditione, vt scirent, ὡς ἀπαιτηθῆσθαι λόγον σωφροσύνης καὶ ἀγασμαῖο, nihilominus sibi temperantia & sanctitatis reddendam esse rationem.

XI. Quid plura? Aristoteles politic. 2. cap. 5. Αἰσθητικὴ ἔργα δυοῖν ἔσονται φανερώς, σωφροσύνη μὲν, τὸ ἀπὸ τῆς γυναικῶν ἔργον ἡδὲ καλὸν ἀποδείξει ἑσθλὸς ἀπὸ τοῦ κακοῦ διὰ σωφροσύνης. Duarum virtutum opera manifeste tollunt: primum temperantia circa mulieres. Est enim bonum opus ab aliena abstinere per temperantiam. Quid manifestius? Temperantia est, cum abstinetur non à propria, sed ab aliena. Plutarchus Pompeio σωφροσύνην laudat, ἐμὸν γυναικῶν τὸ πλὴν γυναικῶν: solam experti quam dixisset. In Apophthegmatis Laconicis. Τὸσαυτὴ δὲ κατ' ἐκείνης τῆς χεῖρας σωφροσύνη τῆς γυναικῶν, καὶ ποσὸν ἀπέχει τῆς ἑσθλῆς ἀπὸ αὐτῆς ἀχρηστίας, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀπίστον εἶναι τὸ τῆς μοιχείας ἀπὸ αὐτῆς. Tanta erat illis temperantia mulierum, tantoque distans à posteriore facilitate, vt prius supra se demerit apud eas adulterium. Libanius Oreste σωφρονοῦντας ἰσχυρῶς, καὶ τῆς μοιχείας τῶν ὀρεα βδελυτῶν: Continentes ad Græcam disciplinam, & adulterium abominantes.

XII. Inde Basilio homilia ἐν λακίμοις oppositio: οὐτὸ σωφρονοῦν, κακῶν πορνοῦσα. Ille continet, iste fornicatur. Basilius Seleucienis homilia 1. de Adam, καὶ ἀποδόμησης ὁ Θεὸς τὴν παρθένην ἡ ἑλαβεν εἰς γυναικῶν ὁμοφροσύνης καὶ σωφροσύνης ἢ πᾶσις διδασκαλῶν ἐν ἀνδρὶ μίαν ἀσπαρμύσας γυναικῶν, σωφροσύνης ὑπερηρέδου νόμοις. Et edificauit Deus castam quam sumpsit in mulierem. Consensus est temperantia magistra creatio est: cum vni viro vnā aptat mulierem, temperantia suasit legem. Idem orat. 42. Ἀγασμαῖο λίγη τὴν σωφροσύνην, ὡς ἑσθλὸν ἀποδείξει τῆς ἰδίας γυναικῶν, καὶ μὴ ἀσπασίαν, ἔτερον: Sanctitatem dicit Paulus ad Hebræos 12. continentiam, vt singulis sua vxore contenti, non copulentur aliena. En tibi σωφροσύνη, non cum abstinetur omnino à muliere, sed cum vnus solius confortu admittitur. Clemens primi Constitutionū 8. connectit γυνὴ σώφρον καὶ φιλαδέλφου. mulier pudica, & mariti sui amans. Chrysostomus sermone contra ignauiam, Πορνοῦ τῆς; δεῖξον αὐτῆς σωφρονοῦντα ἔτερον. Scortatur quisquam, demonstrat ipsi aliquem qui continenter & caste viuat.

XIII. Itaque Chrysostomus ad Hebræos homil. 33. Ὁσα πόσῃ ἀπὸ σωφροσύνης λόγῳ αὐτῆς ἐρέων, φησὶ, διακτετὴ καὶ τὸν ἀγασμαῖο μὴ τῆς πόρνης, ἢ βέβηλῆς καὶ πάλιν πόρνης καὶ μοιχῶν κελνῶ Θεὸς. Vide quam multus illi sermo de temperantia. Pacem, inquit, sectamini, & sanctificationem. Nequis esto fornicator aut prophanus. Et rursum, fornicatores & machos iudicabit Deus. Et 19. in 1. ad Corinth. ἡ γυνὴ λιγίτω ὡς τῆς βαλοῦντος αὐτῆς διαροῦται τὴν σωφροσύνην, ὡς ἔστιν ἐμὸν τὸ σῶμα καὶ ἐμὸν, ἀλλὰ ἔστω ὁσόν. Dicit mulier volentibus suam diuere temperantiam: non est corpus meum, sed viri. Et paulo post. Τὶ δὴ τοῦ; Quamobrem? ἰσχυρῶς ἀπὸ σωφροσύνης ὁ λόγῳ ἡ αὐτῆς ἐν μὲν γὰρ τῶν ἀλλοῖς, πλεονεκτεῖτο φησὶ, ὁ ἀνὴρ ἔστιν ἡ σωφροσύνης λόγῳ, ὡς καὶ. Quoniam de Temperantia sermo erat. In aliis quidem viri potior esto causa, inquit: ast vbi de temperantia agitur, minime. Ambrosius de Abraham lib. 1. cap. 7. Discite, etiam qui ad gratiam baptisimatis tenditis, velut quidam fidei candidati, continentia disciplinam sobriam: Nulli licet scire mulierem prater vxorem.

XIV. Nec Latini suam castitatem aliter conceperunt. Tacitus Dialogo





Laicis Medina, quia impossibile sit. Cur non nos in clericis? Nam hi sane, quia Clerici, non eo minus homines. Et Haimonis verba referebat, *Quis hominum mortalium potest semper orationi insistere?* Et Anselmus, *Nunquid sine intermissione possimus genua flectere, corpus prosternere, vel manus levare, ut de hoc nobis dicatur, Sine intermissione orate?* Iam si Laicos, cur non & Clericos excuset impossibilitas?

XVII. Nim rum, ut prius, alia preces sunt quotidianae, alia extraordinariae. Si quotidianas intelligant, negatur hinc sequi abstinentia: nam, ut iam dictum, hanc neque iubet, neque suadet, neque permittit Apostolus istam ob causam. Sin autem extraordinarias, negatur, his semper insistendum: nam quod semper fit, id extraordinarium dici nequit. Et Paulus discrete adscripsit, *ad tempus: & rursus simul convenite.* Denique, ne Papistae quidem demonstrationem vnaquam protulerunt, qua illud probarent; cur nos refutationi curiosis insistamus?

XVIII. Nisi forte alicuius momenti sit, quod Salmero voluerit comprehendere verbis Apostoli preces publicas. Quod est recens sit Iesuaitae commentum, tamen quid habet verum? Nam certe publicis precibus non solum vacare debent Clerici, sed tota Ecclesia, singulique adeo fideles. Inde enim publicae, quia conceptae, non tantum pro tota Ecclesia: sic enim etiam privatum & in cubiculo conceptae, publicae dicentur: quis enim nescit fideles quosque etiam domi, non se solos, sed totam Ecclesiam, atque adeo universos homines commendare? sed quia eadem praesente, ac proinde etiam precante, & dicente Amen. Quare, si preces publicae necessario exigerent coelibatum: omnes oportet esse coelibes Christianos: quo quid fingi potest absurdius? Quare, cum dixit Paulus, totam Ecclesiam alloquens, ac proinde etiam laicos, abstinere posse ab opere conjugali, ut vacetur precibus, negandum est intelligi publicas, si nihil aliud sint quam publicae.

XIX. Et fateor quidem in publicis proprias esse quasdam presbyterorum partes: ut qui ipsi sustineant personam publicam. Sed & hinc quicquam concludi legitime nego. Ratione gemina. Priore, quia nunquam Scriptura docet, precibus publicis a presbytero concipiendis vllum a coniugii usu impedimentum esse. Imo ex Scriptura constat, nullum esse: nam alioquin Apostolus non praeciperet, Episcopum esse unius uxoris virum. Constat etiam ex Gangrensi Concilio, quo damnati Eustathiani, qui illud impedimentum animo concipientes abnebant communionem recipere, ministrante presbytero coniuge.

XX. Altera, etsi concederemus aliquod esse impedimentum eiusmodi, tamen non sit necesse presbyteros semper vacare publicis precibus. Cur non enim per vices, ut in Veteri Testamento factum scimus: & quidem hanc ob causam, si Papistas credimus? Et quidem ita opus esset, potius quam flocci facere gravissimum illud incommodum fornicationis, admonitionemque Pauli, *rursus simul convenite, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.* Vnde olim, cum inualesceret opinio coelibatus, nonnulla Concilia non absolute voluerunt abstinere clericis, sed *et tunc id est ob hoc*, ut paulo post sumus audituri. Et quid multis opus est? Cum ne apud ipsos quidem Papistas, quicumque in ordinibus sunt, iidem quotidie ministrant? Nam Episcopos, horumque Vicarios, & iis altiores Primates, Cardinales, Papas, vix semel in anno quis nescit has partes obire? Sed solos illos minutulos, iam vere minores, inferiores ordines, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, qui nihil sunt nisi Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, quotidie Missam canere: neque eam quidem, eius amore: sed amore nummi, qui nullus iis, nisi inde emendicatus?

XXI. Confugiunt ad auctoritatem Origenis, Epiphani, Hieronymi; vtentium, inquit, Bellarminus, hoc ipso argumento. Sed de Origene mendacium est. Nam is, neque de matrimonio cuiquam inhibendo, neque adeo de Presbyteris privatum quicquam loquitur: sed de quocumque Christianorum genere. Itaque pauca quaedam eius verba Bellarminus descripsit, misere a toto textu revulsa, ut inani tinnitu suorum aures demulceret. Certum est, inquit, quia impeditur sacrificium indefinens, iis qui conjugali necessitatibus serviunt: unde videtur mihi, quod illius solus est offerre sacrificium indefinens, qui indefinenter & perpetua se deuoverit castitati. Nam quia sacrificium moris est apud Romanenses, non offerri nisi a presbyteris, speravit Sophista, se solo sono persuasurum, agi apud Origenem de solis presbyteris, aut certe maioribus clericis, qui etsi non offerant omnes, tamen seruiant offerenti.

XXII. Describo plenius. *Αὐτοῦ τοῦ* suo more haec verba capitis 28. Numero. *Ut offeratis mihi in diebus festis meis.* Et festiuitates Dei distinguunt, Prima, inquit, est festiuitas Dei, quae appellatur indefinens: de iis enim mandatur, quae indefinenter, & sine vlla prorsus interruptione, matutinis & vespertinis sacrificiis offerantur. Et aliquando post, *Sed sunt & alii dies festi, in quibus non possunt indefinenter immolare sacrificia castitatis.* De his tamen posterioribus nihil necesse est nos esse sollicitos: non enim pertinent ad argumentum Papisticum.

XXIII. De indefinenti, sic disputat: Mandans igitur festiuitatum ritus, non primo statim venit ad festiuitatem Pascha, neque ad Azymorum, neque ad Scenopogiae, aliasque de quibus praecipitur: sed hanc primam posuit, in qua sacrificium indefinens mandat offerri: quo scilicet cognoscat, quisquis ille vult esse perfectus & sanctus, quia non aliquando quidem agenda est Deo, aliquando vero non agenda festiuitas, sed semper & indefinenter iustus agere debet diem festum. Sacrificium namque, quod indefinenter, & in matutinis, & in vespertinis mandatur offerri, hoc in lege ac Pro. heticis, quae matutinum tempus ostendunt, & in Evangelica doctrina, id est enim vespertinum, quae vespere mundi Salvatoris ostendit aduentum, indefinenter intentione persistat. Haec ergo festiuitates Dominus dicit, & ob erubescitis dies festos meos. Dicit ergo festus est Domini, si & sacrificium indefinens offeramus, si sine intermissione oremus, ita ut ascendat oratio nostra sicut incensum in conspectu eius mane, & eleuatio manuum nostrarum fiat ei sacrificium vespertinum. Est igitur prima solemnitas sacrificii indefinens, quae a cultoribus Evangelii eo modo, quo supra exposuimus, debet expleri. Sed quoniam sicut propheticis sermo perdocuit, dies festi peccatorum conuertuntur in luctum, & cantus eorum in plangitum, certum est, quia qui peccat & agit diem peccati, agere non potest diem festum: & ideo illis diebus, quibus peccat, offerre non potest indefinens sacrifici-

Tom. III.

cum Deo: sed ille offerre potest, qui indefinenter custodit iustitiam, & conseruat semetipsum a peccato, quia die autem interruperit, & peccarit, certum est, quod in illa die non offerat sacrificium indefinens Deo. Vereor aliquid dicere, quod ex sermonibus Apostolicis intelligi datur (& haec verba, Bellarminus subindicabat) ne forte videatur aliquos contristare. Nam si oratio iusti sicut incensum offertur in conspectu Domini, & eleuatio manuum eius sacrificium est vespertinum: dicit autem Apostolus, iis qui in coniugiis sunt, Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, & iterum in id ipsum suis: certum est, quia impeditur sacrificium indefinens iis qui conjugaliibus necessitatibus seruiunt. Vnde videtur mihi, quod illius est solus offerre sacrificium indefinens, qui indefinenter & perpetua se deuoverit castitati.

XXIV. Haec tenet Origenes. In quo primum nota, clericos ne nominatos quidem: secundo in genere dici, *Quisquis ille vult esse perfectus & sanctus: iustus agere debet diem festum: si sacrificium indefinens offeramus: ille qui indefinenter custodit iustitiam, & conseruat semetipsum a peccato: oratio iusti: & similia: quae quis tam effrons est, ut de solis intelligat clericis? Quid? quod apud Papistas, non clericis, sed tantum monachi profitentur perfectionem? Nullo igitur iure Bellarminus disputans de solis clericis, & quidem maioribus, sibi testem aduocat Origenem, qui de fidelibus in genere. Sed, etsi de fidelibus in genere: ergo non de coelibatus lege, neque enim quilibet fideles tenentur coelibatum profiteri. Et vero discreta verba sunt, qui indefinenter & perpetua se deuoverit castitati. Vt rem indicaret esse nullius legis, sed tantum voti.*

XXV. Praeterea, cui incertum est, quid sit Origenis indefinens sacrificium: vel sacrificium offerre: nisi qui legens neglexerit ista? Non aliquando agenda, aliquando non agenda festiuitas, sed semper, & indefinenter. Sacrificium indefinenter & in matutinis, & vespertinis mandatur offerri. Matutinum cum in lege ac prophetis: vespertinum cum in Evangelica doctrina indefinenter intentione persistit, oratio, sicut incensum mane, eleuatio manuum, sacrificium vespertinum. Ista enim dici non possunt de eo, quod Sophistas in mente versatur nimis indefinenter: quodque illi matutinum duntaxat esse volunt. Sed istud, qui peccat & agit diem peccati, agere non potest diem festum: illis diebus quibus peccat, offerre non potest indefinens sacrificium Deo: istud, inquam, quomodo de sacerdotibus interpretabuntur? Itaque non dubium est, Origenem agere de iustitia vitae cuiuscunque fidelis, quomodo bona opera appellantur sacrificia, quod offerunt Deo, quicumque pie & sancte viuunt. Non defendo ego quidem allegoriae subtilitatem: siue violentiam potius: quam scio iam pridem in hoc autore improbatam, & merito: sed hoc contendo, non cogitasse de Sacerdotibus magis quam de quocumque ex plebe. Et vero ita necesse est, quando quidem verbis Apostoli innitatur. Nam Apostolum de Sacerdotibus agere; ne ipsi quidem Papistae audent dicere.

XXVI. De Hieronymo malim tacere; & tanti viri peccata modesta pudore dissimulare. Sed cogit aduersariorum importunitas etiam mutos loqui: ne tanti nominis praedicio libertas Christiana periclitetur. Certe tam procul abiit ille in hoc argumento a sinceritate Christiana, ut non potuerint desperatissimi nuptiarum hostes Encratitae, Tatiani, Cathari violentius loqui. Mentiar, si non ipsos Papistas aliquantillum subpuderit. Commentariis in hunc locum, *Negare videtur incontinentes orationi posse vacare: quae in eo vniue minor est communionem, qua catechumeni, & penitentes orant, qui communicare non possunt.* Sed haec modesta, praeterea illa sunt contra Iovinianum, *Oro te, quae illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus Christi accipi non permittit: Quandiu impleo mariti officium, non impleo Christiani. Iubet idem Apostolus in alio loco, ut semper oremus. Si semper orandum est: nunquam ergo coniugio seruendum: quotiescunque uxori debitum reddo, orare non possum. Petrus Apostolus, experimentum habens conjugium vinculum, vide quomodo informet Ecclesiam, quid doceat Christianos. Similiter viri, cohabitantes iuxta scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri tribuentes honorem, & sicut coheredibus multiplicis gratiae, ut non impediatur orationes. Iste. Ecce eodem sensu, quia eodem spiritu, impediendi dicit orationes officio conjugali. Et paulo post, *Cernis quale coniugium inter viros uxoresque praecipiat? Cohabitanes iuxta scientiam: ut nouerint, quid velis, quid desideret Deus, ut tribuant honorem vasculo muliebri. Si abstinemus nos a coitu, honorem tribuimus uxoribus: si non abstinemus, perspicuum est honori contrariam esse contumeliam.**

XXVII. Haec Hieronymi sunt: tam dura, tam dira: ut ne Papistae quidem potuerint concoquere. Erasimus argumento eius libri, *Hoc argumentum, inquit, non illibenter arripuit, impendio fauens virginitati, & ob id nuptiis iniquior, quam Episcopi quidam esse volebant.* Viruclius in Confessione Augustanae articulo 23. *Imo nec bonum quidem est coniugium, tantum abest, ut sit praecipuum, si Hieronymo credimus. Illi enim est minus malum, in remedium maioris permissum. At iniquior fuit matrimonium Hieronymus, non negamus, Fortassis hanc seueritatem illius temporis lasciuia, & Ioviniani haeretici petulantia requirebat. Nos in neutram partem ab Evangelica doctrina declinantes dicimus, bonum esse coniugium, sed meliorem coelibatum. E spensaeus de Continentia lib. 1. cap. 9 Gracos sequuntur Latini: sed mirum quam pro continentia vehementes, & sibi nihil non indulgentes: omnium vero maxime Hieronymus. Et post. Multa viro sancto in virginitatis fauorem exciderunt coacta, & violenta.*

XXVIII. Et vero illud, *Quand u impleo mariti officium, non impleo Christiani:* quis patienter audiat? aut quid eo tetrius dixit vllus vnaquam iuratus hostis coniugii? Itaque mutare ausus, magis ille Hieronymi adulator, & interpolator Marianus Victorius; *Christiani in continentis, & ita, inquit, ex emendatioribus codicibus emendauimus: praeterea enim ac haeretico fere sensu legebatur: quandiu impleo mariti officium, non impleo Christiani: veluti coniugium copula Christianorum non sit. Bene: quod non prorsus caecutiuit in tam crasso errore animaduertendo. Sed, quod de emendatioribus codicibus, penes eum fidem esto. In Apologia ad Pammachium, scimus ita repositum, siue ab ipso Hieronymo, siue a describentibus: Sed non videtur certa fides: nam & autor in Apologia, non pauca infleat, ut sint minus odiosa: & scriba multa subinde peccant.*

Cc 3

XXIX. Hoc

XXIX. Hoc sane loco manifeste disputationis ardor postulat, Christiani potius qua continentis. Nam primū, quid ad Pauli verba cōtinens? Fallor: nō enim Pauli, sed ipsius Hieronymi verba debui dicere Nam hic dicebat, Quale illud bonum est, quod orare prohibet? quod corpus Christi accipi non permittit? Et statim. Quandiu impleo, & reliqua. Vbi quis non videt intendi vim præcedentium interrogatiuncularum? & ostendi quantum in eo sit malum, quod prohibeatur orari, & corpus Christi accipi. Hoc autem, quid ad continentem? Quasi soli continentis orent, corpus-ve Christi accipiant. Omnino sic potius. Vfus coniugij impedit hæc officia: & hæc officia sunt Christiani: ergo vsus coniugij impedit officia Christiani. Et hoc tam certum, vt siue ille Christiani scripserit, siue continentis: tamen reapse docuerit Christiani partes non impleri ab eo, qui impleat mariti.

XXX. Secundo, in continente, quæ vis? quis aculeus? quis lancinando aduerfariō (quod ille multo ardentius fatagebat, quam vera distinguere à falsis) neruus? Nam, quia continentem ille non alia notione vsurpabat, quam abstinentis à re venerea, quid mirum, aut extra vulgi captum etiam stupidissimi, vtentem vxore, non abstinere ab vxore? Hoc quisquam expectasset ab Hieronymo? Hoc sibi permisisset Hieronymus? Non erant illi in disputando tam victi lacerti: non tam hebes machæra: non tela tam obtusa. Næ illi Hieronymi vel vngues non norunt: qui sic putarunt infantem agere.

XXXI. Sed id tamen, vt diffimulemus: quod illud, aut quantum mendacium est? prohibet orare: corpus Christi accipi, non permittit. At de corpore Christi, ipse in Apologia ad Pammachium. Scio Roma hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi corpus accipiant: quod nec reprehendo, nec probo: Mittamus iudicium: testimonio vtamur. Romæ ergo post coitum (nam sic ipse post interpretatur) ne accipiatur? Cur, inquam, id dixit, cuius testem in oppositum habebat quotidianam experientiam?

XXXII. De oratione: quid audacius? Paulus Apostolus dicit, quando coimus cum vxoribus, nos orare non posse. Sic enim in Apologia, Paulus, inquis? Hoc Paulus dixit? Ille vero nusquam gentium: teste Chrysofomo, cuius alias cum libet nomine & auctoritate sese fatitutum putat. Et si quis emulū γυναικί και ενχη προσεχη. Et vero, vt eius δευδοντα mihi liceat imitari: quid est maius? orare, an corpus Christi accipere? vti que accipere corpus Christi. Si per coitum quod maius est non impeditur, quod constat teste Roma: multo minus, quod minus est.

XXXIII. Nec leuius peccatum, in Petro: Impediri orationes officio coniugali. Et tribuere honorem vasculo muliebri, id est, abstinere à coitu: Et non abstinere à coitu, contumeliam esse. Nimis certe, nimisque fuit confidens sui, quisquis ita blaterauit. Aut quid est, ipsam damnare naturam, cuius autor Deus: si hoc non est? voluit Petrus viros συνουσιαν εν γυναικιν. Et fateor eo verbo significari omnes coniugij partes. Sed συνουσιαν εν γυναικιν Deus bone! quis vnquam suspicatus esset, idem vellet, ac μη συνουσιαν? Longe illud melius, vt nouerint, quid velit, quid desideret Deus: sed velle, sed desiderare Deum, vt abstineant viri ab vxoribus, vnde docebit? Nos contra. Genes. I. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Secundo, Relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhaerebit vxori suæ. Et hoc ipso capite ad Corinthios. Vxori vir debitam beneuolentiam reddat.

XXXIV. Itaque longe alia mens Apostoli: nempe, vt ne abutatur vir sua auctoritate, quod sæpe faciunt, qui, quid sit coniugium ignorant, & quomodo institutum à Deo, aut creatus vterque sexus: demique, quid de muliere nihil aliud cogitant, quam quod ille olim, Malum esse necessarium. Itaque siue ad coitum, siue ad aliud quiduis vtuntur, temere, & arroganter, atque fastuose. Hos Petrus coercet sua auctoritate: neque prohibet virum, verbi gratia, imperare vxori, sed abuti imperio. Simile iudicium de coitu. Lottus Iesuita. Meminit Lyranus expositionis eiusdem, nimirum abstinendi ab vxoribus, non inuitis, sed persuasus sed manuisti aliam de cohabitatione domestica, in qua mulier quidem debet esse subiecta, vir autem præesse secundum scientiam, vt vxorem tractet tanquam sociam, ac de latere suo formatam, non quasi ancillam. Consentit Carthusianus vt diserte, atque circumspicte viri agant, neque scandalizent, ac offendant vxores, quia sunt promiores ad malum. Mens eadem Gagnei, & recentiorum aliorum, quibus libentius acquiesco. Adde Guillaudum. Maritorum officia præscribit, reprimens quorundam supercilium, imperium, & tyrannidem, qui clamitant, Vir est caput mulieris: habemus ergo vitam & necis potestatem: omni imperio imperitare possumus vxoribus nostris in quauis re, etiam iuxta nostram libidinem: ab illis parendum est nobis. Sed viris huiusmodi frenum imposuit Apostolus, dicens, Viri cohabitare vxoribus cum scientia. Vera & solida scientia est, qua malos & tyrannicos affectus reprimat. Sint ergo viri, non vt pecora ignorantes, sed voluti cognoscentes & scientes hoc sodalitiū à Deo institutum esse, atque mysterium & Symbolum Christi & Ecclesia continere. Et post. Caute o viri, ne vxores habeatis, vt ancillas, vt concubinas. Nolite has despiciere: sed illis, aliquid honoris deferatis.

XXXV. Quid tandem? Aduersum ne tam impotenter abutentes verbo Dei, nullæ dabuntur veritati vindiciæ? Et soli nomini, quod fatentur omnes esse antiquum, esse inagnum, libertatem Christianam æquum erit succumbere? Imo; meminimus potius, omnem hominem esse mendacem: vt Deo soli sua laus solida referretur. Meminerint Papistæ, non minus in causâ Carterii vehementem fuisse & violentum, nec tamen eius probatum iudicium. Meminerint in mendacio officioso Pauli, modestiæ limites excessisse, & ei tamen præualuisse Augustinum.

XXXVI. Superest Epiphanius: sed & longe modestior in argumentando: & in concludendo tolerabilior: adeo nihil ferme simile habet Hieronymo: colligens non necessitatem, vt ille: sed convenientiam, πρὸ προσεδίσερον. Describo locum. τὸ εὐχὴ δὲ πρὸς ἀρχιεπίσκοπον Ἰερουσαλῆμ. Re vera non admittit Sancta Dei prædicatio, id est, sanctum munus prædicandi Deum, eos qui secundas nuptias contraxerunt: ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιβιωῦντα, καὶ πεπονημένοντα μίαν γυναῖκα: ὅσα ἀνδρῶν ἐδέχεται, sed ne recipit quidem eum qui liberis dat operam vnius vxoris virum. τὸ προσεδίσερον γὰρ αὐτὴ ἡ ἐκκλησία ὁρῶσα ἀγίῳ πνεύματι ἐὸν διαλαχθῆναι, ἵνα ἀσπασαίτο

Θεῶν πρὸς λατρείαν ἐπιπλοῦντα, καὶ τὰ πνευματικὰ ἔργα ἐν αὐτῷ πρὸς εὐνοίας συνειδήσεως τελεῶν. Φησὶ δὲ, οὐκ ἐπίσκοπος ἐστὶ λαὸς τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐπίσκοπος λατρείας καὶ χρείας ἁγιασθῆναι τὸν προσεβύτηρον καὶ διὰ λόγον, καὶ ἐπίσκοπον Θεῶν. αἱ γὰρ καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ ἀποστασῆναι ἀγίῳ πνεύματι, ἵνα ἀσπασαίτο ἁγιασθῆναι τῆ ἐκκλησίᾳ, πῶς γὰρ μάλλον τῆ ἐκκλησίᾳ τὸ αὐτὸ ἀσπασαίτο; τὸ ἀσπασαίτο ἵνα γὰρ, εἰς τὸ ἁγιασθῆναι ἔξ Θεοῦ ἐν ταῖς χρείαις πνευματικαῖς τελεσιουργηθῆναι ἱεροσωθῆναι. Quid enim decentius sit attendens semper Ecclesia à sancto Spiritu bene ordinata, decreuit in id studia sua conferre, vt absque distractione Deo ministeria exhibeantur, Spiritualesque vsus cum omni promptissima conscientie affectu implere. Dico autem, decens esse propter subitanea ministeria & vsus, Deo vacare Presbyterum, Diaconum, & Episcopum. Etenim, si etiam laicis imperat Apostolus, dicens, vt ad tempus orationi vacent, quanto magis sacerdoti id ipsum imperat? Illud, inquam, ne distractio fiat, quominus sacris ministerium dicatum vacet secundum Deum vsibus spiritualibus

XXXVII. Haec tamen Epiphanius: à quo primum non audis ea verborum monstra, quibus Hieronymus conatus est σεματεύειν lectores: non posse orari, non accipi corpus Christi, non impleri partes Christiani: ne illam quidem imputitatem, quam vsgebat Medina. Sed audis tantum τὸ προσεδίσερον, audis τὸ ἀσπασαίτο, audis ἐκνευθῆναι συνειδήσει. Et hæc quidem reprehendi vix possunt: nec habent quicquam, cui non bene conueniat cum ea libertate, quam defendimus. Et vero ita est in plebe. Nam vt hæc in oratione lectetur τὸ προσεδίσερον, & τὸ ἀσπασαίτο, id est, ne abstrahatur à vehementi intentione precum, & vt adhibeat δυνάστεω συνειδήσει ei ipsi officio, ideo permittit, imo si maius, consuluit Paulus, abstinere à coniugij vsu: nec tamen abstulit libertatem: cur non similiter in Presbyteris?

XXXVIII. Male tamen Epiphanius, primum, dixit Paulum ἀσπασαίτο; quod falsum diximus. Deinde Pauli verba iquerit: Nam cum hic dixerit, Ne fraudatō inuicem, nisi si quid ex consensu ad tempus, vt vacetis ieiunio & precibus: εἰ μήτι γὰρ οὐ συμφωνῆ, ὡς καὶ ἐν ἱερολατρῆσι: Epiphanius turbato ordine, scripsit: ἵνα πρὸς καὶ ἐν ἁγιασθῆσι: immani discrimine: longe enim aliud, abstinere ad tempus coniugali opere, vt vacetur orationi: aliud, abstinere coniugali opere, vt ad tempus vacetur orationi. Hoc enim significat tota vita abstinere à coniugio, vt semel bis-ve quotannis vacetur orationi, quod Paulo nunquam venit in mentem: vt constat ex additis, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνιέρησθε: Et rursus in idipsum conuenite.

XXXIX. Sed conclusio tamen est nullo pacto excusabilis. Non admitti dantem operam liberis. Nam hoc quidem penitus alienum ab ea, quam diximus, libertate. Imo absurdè colligitur. Nam quis ferat concludentem, à decentia ad necessitatem? Nam certe, etsi quæcunque sunt nec. statia, eadem deceant: tamen non contra, quæcunque decent, eadem sunt necessaria: argumento non longe petito. Nam plebi profecto decentius est, cum vacandum precibus, vt abstineat ab opere coniugali. An propterea concludendum, preces non admittere laicum vtentem coniugio? Peccat ergo bonus Epiphanius contra legitimas Dialecticæ leges, à contingentibus necessario concludens. Patiatur ergo nos, impetrata bona venia, ab eo dissentire.

C A P. III.

De distractione ab actibus presbyterii: & quomodo bonum, non tangere mulierem.

I. Examjnemus reliqua, quæ ab eodem 7. cap. i. ad Corinth. eruuntur Argumenta pro cœlibatu. Primum ita. Omnes presbyteri debent Domino esse addicti & consecrati, diuinis rebus perpetuo vacare, altissimis fidei & religionis mysteriis intenti esse. Propositio est totidem verbis ab Andradio. At nemo coniugatus Domino est addictus & consecratus: diuinis rebus perpetuo vacat, altissimis fidei & religionis mysteriis intentus est. Ergo, nemo coniugatus potest esse presbyter. Conclusio nis vim idem Andradius expressit his verbis: quoniam, quæso, modo cum hoc cœlesti statu viuendi ratio conuenire potest, qua hominem in contraria sēpe studia distrahit: quæ animum inanissimis curis excruciat, & temporalibus rebus immergit? Clingius paulo mollior est: non concludens impossibilitatem, sed tantum decentiam. Quem, inquit, magis decet, sine mundi esse sollicitudine, totamque mentis intendere curam, vt placeat Deo, quam sacerdotem, qui ad iuge Dei ministerium est vocatus, & sacro altari mancipatus? Vt igitur hæc omnia liberius absque impedimento expediat, congruum est illi à coniugali nexu esse liberum.

II. Assumptionem probant ex his Pauli verbis, Qui cœlebs est, curat ea qua sunt Domini, quomodo placiturus sit Domino. At qui uixit vxorem, curat ea qua sunt mundi, quomodo placiturus sit vxori. Discreta sunt, ea qua est vxor, & ea qua est virgo: que est inuupta curat ea qua sunt Domini, vt sit sancta cum corpore, tum spiritu: qua vero nupta est, curat ea qua sunt mundi, quomodo placiturus sit viro.

III. Respondæo, Concedimus presbyteros debere esse consecratos Deo. Sed diuinis rebus perpetuo vacare, & intentos esse mysteriis, prout explicabitur, ita concedendum, vel negandum. Nam, & diuinæ res dicuntur ambigue: & perpetuo vacare aliter atque aliter. Res diuinæ, vel quæ non contradicant voluntati diuinæ, secundum cuiusque Christiani vocationem: ita vt quiis vacat, non propterea non seruiat Deo: imo etiam sic seruiat Deo, Vel quæ tantum immediate referuntur ad cultum Dei: quales sunt preces, tum priuata, tum publicæ: item hymnodia, ieiunia, sacramentorum celebratio: & si quæ sunt similes. Perpetuo vacare, vel actus intelligitur secundus, vt loquuntur scholæ, cum singuli motus, singulæque actiones ita continuantur, vt nunquam, vel exiguo momento, ab eis desistant: vel de actu primo, cum inductus est habitus, inseruiendi rebus diuinis, vacandi mysteriis fidei, adeo constants, vt nunquam exsuatur, imo vt ad eum referatur quicquid agatur, & attentetur.

IV. Itaque, cum dicimus, semper vacare rebus diuinis, sensus est, vel



mia, Bonum, inquit, homini mulierem non contingere: ergo malum est contingere: nihil enim bono contrarium, nisi malum: ideoque superesse, ut & qui habeant uxores, sic sint quasi non habeant: quo magis, qui non habent, habere non debeant. Sed in Tertulliano non mirum: scribente ex professo contra Ecclesiam. Illud mirum, neque Pamelium in Tertulliano, neque Victorium in Hieronymo, huic tam infano argumento antidotum opposuisse. Salmero, tractat. 10. tom. 9. Hieronymum quidem non ausus est: Tertullianum saltem refutavit, Neque valet, inquit, argumentum Tertulliani: Bonum est homini mulierem non tangere: ergo malum est tangere: neque bonum & malum immediate opponuntur, ita ut ex negatione unius, liceat inferre positionem alterius. Et illustrat exemplo, Non valet, bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum: ergo malum est edere, & bibere. Bonum factum: quod non omnes stulti fuerint ad tantam absurditatem.

XVII. Sed nos oportet tamen notare similitudinem causæ, & admirari iustum Dei iudicium, excæcantis etiam oculatissimos, qui sibi cœperunt nimium indulgere. Non profitebatur Tertullianus odium coniugij: sed tantum iterati: itaque primas nuptias non damnabat. Et tamen disputationis ardore abreptus, iis vsus est argumentis, quæ non secundas tantum nuptias prohibeant: sed etiam primas damnent. Nam Paulus absque dubio loquitur de coniugio absolute, siue primo, siue iterato: ut omnino necesse sit, qui bono, quod ille nominavit, malum opponat, de vtroque concludere. Similiter Hieronymus, non profitebatur odium coniugij: sed tantum coniugio cœlibatuum præferebat. Et tamen iisdem argumentis utitur cum Tertulliano. Quæro te, Salmero, nam reliquos fortasse frustra interroget, qui tantam æque dissimulauerunt: te ergo interrogo, qui non potuisti concoquere, quid causæ erit, quominus in eodem argumento Hieronymi pro cœlibatu contra coniugium, absurda sit conclusio: quam Tertulliani pro Monogamia, contra idem ipsum coniugium? Quod si æqua utriusque ratio: saltem vos sapite hodie & aliorum exemplo, caute infames scopolos.

XIX. Redeo ad Hieronymum: & dico. Bonum dupliciter dici. Alias oppositum vitio, Matth. 5. ὁ πῶς ἰδούσιν ὑμῶν τὰ καλά ἔργα, ὡς ἴδουσι τὰ ἔργα τῶν υἱῶν τοῦ οὐρανοῦ. Ad Roman. 7. τὸ ἡ κατὰ νόμον ἔργον τὸ καλὸν ἔσθι, ὡς ἴδουσι: perficere bonum non inuenio. Et alibi sapientissime. Alias contrarium incommodo, Matthæi 17. Κόρα καλὸν ἐστὶν ἡμεῖς φῶς εἶναι, Domine bonum est, nos hic esse. Marci 9. καλὸν τὸ ἀλάσ, Bonum est sal.

XX. Bonum priori notione, vel absolutum est, vel ἀπῶς. Absolutum in ipsis actibus virtutum, qui vocantur elicit: atque hi sunt semper boni, quandoque & quomodocumque exerceantur. Ideoque iis oppositi, semper mali, quandoque & quomodocumque vsurpentur. Sic laudare Deum, bonum: honorare parentes, bonum: credere in Christum, bonum. Sic blasphemare Deum, malum: impietas in parentes, malum: negare Christum, malum. At bonum ἀπῶς, in vsurpatione rerum, quæ sunt extra hominem: nam hic vsus interdum bonus interdum malus: bonus quidem prout est actus imperatus alicuius virtutis: ut dare panem famelico, ex vera caritate: abstinere cibis propter pietatem: & plurima huiusmodi: malus autem, quatenus est ab aliquo vitio: ut dare elemosinam ostentationis causa: abstinere cibis, propter hæresin.

XXI. At bonum posteriori notione nullum dicitur absolute: sed & ἀπῶς τῶν κακῶν. Non enim omnia aut in eundem finem commoda, aut eodem modo. Sunt quædam commoda corpori, ut sanitas, agilitas, diuitiæ: Sunt quæ animæ: preces, ieiunia, scientia, & si quæ sunt alia. Ac plerumque accidit, ut quæ corpori commoda, animæ sint incommoda, & contra. Nam diuitiæ quidem obsunt salutem, teste ipso Christo. Ieiunia autem nocent corpori, teste experientia. Tum autem commoditas est ab vsu, & mediocritate: incommoditas ab abusu, & excessu: nam cibus & potus profunt corpori, sed intra modum: nam si nimium iis indulgeatur, fiunt noxia.

XXII. Iam, quæ in priore boni notione absoluta sunt, ea præcise præcipiuntur & opposita præcise prohibentur. Sic absolute legis, Amabis Dominum Deum tuum toto corde: & proximum sicut teipsum. Non habebis Deo alienos coram me. Non occides: non mæchaberis: & reliqua. Ideo, quæ in hoc genere mala sunt, nunquam licent in foro, ut loquuntur, conscientia: unde Paulus, negat faciendum malum, ut eueniat bonum. Et in seculi politia, non raro minora mala vel permittantur, vel tolerantur, ut vitentur maiora.

XXIII. Quæ autem sunt in eodem genere secundum quid, modo imperantur, nempe secundum id, quo sunt bona. modo prohibentur, secundum id, quo sunt mala. Nam, quia iustitiæ ratio ferre non potest, ut prohibeantur bona, & iubeantur, malis autem hoc genus rerum bonum, suis certis circumstantiis, profecto iisdem positis circumstantiis prohiberi non potest: quia prohiberetur bonum. Similis absurditas in oppositum: quia iuberetur malum.

XXIV. Quæ vero in secunda notione bona sunt, ea proprie nec præcipit religio, nec prohibet, sed tantum per accidens, hoc est, quatenus seruire possunt pietati charitative, vel nocere. Sic Paulus dicit, Quicquid facitis, ad gloriam Dei facite. Sic Timotheum monuit, ut paucis vino uteretur: sic Philemonem, ut Onesimo condonaret, imo fratris loco haberet.

XXV. His positis, quæ sunt extra controuersiam: quæritur, quomodo Paulus dixerit, Bonum est mulierem non tangere. Hieronymus in Apologia ad Pammachium valde contendit, se contra Iovinianum scribentem, non existimasse dictum prima notione. Et ego quidem protestanti fidem non detraxerim, tanquam sollicitè detestanti Marciones, & Manichæos: exclamatione, Qui Domini dicit esse præceptum, ne dimittantur uxores: & absque consensu, quod coniunxit. homo non separet, hic potest dici nuptias condemnare? Quanquam, ut obiter moneam, nunquam ille legitur ex consensu separandum, quod Deus coniunxit: Nam Paulus non separandum dixit: sed tantum ad tempus intermittendum: ut vel hinc obseruemus, quanto nimium sibi vir ille indulserit in Scripturæ applicatione. Sed credo tamen longe abfuisse à damnando matrimonio.

XXVI. Verum profecto aliud est, quid sentias dicere, aliud, quomodo disputes. Nam plerumque ardor disputationis transuersos agit homines, cum incaluerunt plus nimis: adeo præsentem solam spectantes victoriam,

deferri se sinunt in absurda, & contradicentia. Hinc ille, nec rudis in Scripturis, nec tunc primum sacra volumina legens, lineam, & vitta dicam, tene dicendi filum, inter virginitatem, & nuptias tenere non potuit. Breuiter, insuitasse puto virum doctum, sed affectuum impotentem, Ioviniani imperitiæ, sperantem non posse homonymiam boni distinguere: itaque passurum sibi imponi, adeoque iniecto puluere excæcandum, ut, quo se verteret, non haberet.

XXVII. Nam retexamus, quæso altercationem. Malum est ergo, inquit, tangere. Videbat consequentiam negandam: itaque fulcire conatus est. Primo, quia nihil bono contrarium est nisi malum. Atqui necessitas consequentiæ, non pendet à contrarietate, sed ab immediata oppositione ut quia temporis partes sunt duæ tantum, nox & dies recte concludas, si dies non est, ergo nox est. Sed non æque de membris corporis: si caput non est: ergo pes: quia, etsi opponantur caput, & pes, tamen non immediate: sunt enim præter caput, & pedes, alia membra. Quare, ut valeat Hieronymi consequentia, supponendum est immediatam esse oppositionem. Atqui hæc nulla est, nisi in bonis, & malis, prima notione. Itaque, aut creditur in eo esse ordine mulierem tangere & non tangere: aut certe perpetam est argumentum, quod vidit in Tertulliano Salmero, & expressit: ut nos ne formidarem dicere in Hieronymo, post Caluini & Bezam.

XXVIII. Sed pergit, Si autem malum est, & ignoscitur, ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat: quale autem illud bonum est, quod conditione deterius conceditur? Argumenti vis: Quicquid ignoscitur, est malum: at matrimonium ignoscitur: Ergo est malum. Imo ludit in ambiguitate ignoscendi. Nam ignoscitur peccatum: & ignoscitur non peccatum. Illud, iam factum, ut ne inferantur poenæ: Deuteronomij vigesimo nono, Dominus non ignoscit ei. At ignoscitur non peccatum, ut fiant. Quamquam ignoscendi vocabulum hoc sensu nunquam quod sciam soleat vsurpari. Paulus autem dixit οὐκ ὀφείλω, id est, ipso interprete Hieronymo, indulgentiam: longe aptius in vtrumque sentum. Nam & indulgentur peccata præterita, cum condonantur: & actiones futura, cum permittuntur. Sed de lingua Latina ineptum esset nos cum Hieronymo disputare. Itaque hoc sane ponamus in medio, rem ipsam potius in medio examinemus.

XXIX. Sit ergo ignoscere dicatur in præteritum, conceditur maior: sed in futurum, negatur: quia, ut dictum, in foro conscientia nunquam vllum peccatum permittitur: ne minus quidem, ad vitandum maius. Itaque hic etiam illud Hieronymus aduersarij imperitiæ, quem sperauit non posse respondere. Paulum indulgere in futurum, id est, non peccati patri veniam concedere: sed operis faciendi consilium dare, quod tamen euidenter constat ex oppositione imperij: καὶ συνηνέω, & καὶ ἐπιπέλω: ex concessione, non ex imperio. Neque enim condonatio peccati facti, opponitur imperio, sed damnationi. Lyranus in hunc locum, Sed videtur Apostolus hic improprie loqui, dicens, Hoc autem dico secundum indulgentiam: quia indulgentia non est nisi de malo: actus vero matrimonij non est malus. Ad quod dicendum, quod indulgentia accipitur hic pro permissione. Permissio autem fit dupliciter: vno modo, de minori malo, ad vitandum maius malum, sicut Moyses permisit libellum repudij: & talis permissio non fit in Evangelio, propter eius perfectionem. Alio modo, fit de minori bono, per hoc quod maius bonum non præcipitur. Sic est in proposito: ex hoc enim quod Apostolus virginis aetatem non præcipit, indulget matrimonium. Lyrano consentit Thomas in totidem ferme verba.

XXX. Scio paulo aliter philosophari eosdem: nempe ipsum actum coniugij habere aliquid peccati admixtum: unde ei sit venia necessaria: à quo ne Augustinus quidem alienus. De bono coniugali capite decimo, Non itaque nuptias secundum veniam concedit Apostolus: nam quis ambigat absurdissime dici non eos peccasse, quibus venia datur? Sed illum concubitus secundum veniam concedit, qui fit per incontinentiam, non sola causa procreandi, sed etiam aliquando nulla causa procreandi, quem nuptia non fieri cogunt, sed ignosci imperant. Sed, ut hoc verum sit, tamen alienum est à mente Pauli, qui veniam hanc opponit imperio, ut dixi: tum autem de coniugij actu loquitur, quatenus est debitum: adeo ut eius denegatio, sit defraudatio, ideoque peccatum. Denique, hæc venia, id est, condonationis commemoratio, est ἀποσθόρῳ: aliud enim negotium erat Paulo præ manibus.

XXXI. Sed illud intolerabile, Concedi, ne malo quid deterius fiat: si suo animo dixit, & non tentandi aduersarij gratia. At contra Augustinus, quasi his ipsis Hieronymi verbis offensus: de bono coniugali capite 8. Honorabiles ergo nuptia in omnibus, & thorus immaculatus. Quod non sic dicimus bonum, ut in fornicationis comparatione sit bonum: alioquin duo mala erunt, quorum alterum peius: aut bonum erit fornicatio, quia peius adulterium. Peius est n. alienum matrimonium violare, quam meretrici adharere. Et bonum adulterij, quia est peior incestus: peius est n. cum matre, quam cum aliena uxore concumbere. Et donec ad ea perueniatur, quæ, sicut Apostolus ait, turpe est etiã dicere, omnia bona erunt in comparatione peiorum. Hoc a. falsum esse, quis dubitet? Non ergo duo mala sunt, concubium & fornicatio, quorum alterum est peius: sed duo bona sunt, concubium, & continentia, quorum alterum est melius. Sicut ista temporalis sanitas, & imbecillitas, non sunt duo mala, quorum alterum peius: sed ista sanitas & immortalitas, duo bona sunt, quorum alterum melius. Item scientia & vanitas non duo mala sunt, quorum vanitas peius: sed scientia & charitas duo bona sunt, quorum charitas est melius.

XXXII. Addit Hieronymus, Quale illud bonum est, quod conditione deterius conceditur? Nunquam enim subiecisset, vni, quisque uxorem suam habeat: nisi præmississet, Propter fornicationem autem: tolle fornicationem, & non dicet, Vni quisque uxorem suam habeat. Et quæ sequuntur de hordæo & stercore bubulo. Sed ne hæc quidem probare potuit Augustinus. Unde mihi videtur hoc tempore solos eos, qui se non continent, coniugari oportere, secundum illam Apostoli sententiam: Quod si se non continent, nubant: melius est enim nubere quam vni. Nec ipsi tamen peccatum sunt nuptia: quia si comparatione fornicationis eligerentur, minus peccatum essent quam adulterium, sed tamen peccatum essent. Nunc autem, quid dicitur sumus aduersus euidentissimam vocem Apostoli dicentis: Quod vult faciat, non peccat si nubat: & si acceperis uxorem, non peccasti, & si nupsit virgo, non peccat. Hinc certe iam dubitare fas non est, nuptias non esse peccatum.

XXXIII. Sed



XXXIII. Sed attentius expendamus Hieronymum: negat dicturum Paulum, vnusquisque vxorem suam habeat, nisi propter fornicationem. Hoc quomodo? Nam si ita, vt sensus sit concessisse nuptias ex comparatione fornicationis, quomodo ille videtur velle, stercorea comparatio: satisfecit Augustinus negando. Sin autem sensus est in remedium fornicationis, adhuc ambiguum restat, quid sit, Vnusquisque vxorem suam habeat. Velenim, quasi non permissurum simpliciter matrimonium, nisi propter periculum fornicationis, actum contradicit ipse Paulus: qui dicit, *Si quis aliquid non decens à se in virginem suam committi putat, si florem atatis excedat, & ita debet fieri, quod vult faciat, non peccat, iungatur matrimonio.* Nam hæc verba nuptias permittunt extra casum fornicationis: tantum si quis putet non decere florem atatis transire absque coniugio. Et hoc casu, negat esse peccatum.

XXXIV. Vel sensus est, non imperaturum fuisse matrimonium, nisi propter fornicationem. Nam hæc verba, *vnusquisque habeat*, videntur plus sonare, quam si dixisset, vnusquisque licet habere: nimirum vnusquisque tenetur habere. Hoc igitur pacto fateor nunquam ita imperaturum fuisse, nisi in conditione fornicationis. Sed quæ hinc caussa est calumniandi matrimonij: Nam imperatur matrimonium, tanquam remedium necessarium iis, qui se continere non possunt. Quis autem ita insanit, vt remedium mali, malum esse pronunciet? Enimvero sciunt omnes icuonia in vsu esse ad domandos carnis motus malos, au propterea dixerit Hieronymus esse mala?

XXXV. Ne hæc quidem commode expensa sunt, *Bonum est illud natura liter, quod comparationem non habet mali: quod pralatione alterius non obumbratur.* Nam, quid sibi vult comparationem non habere mali? Ego sane assequi nequeo. Nisi forte ad illud alludat, *melius est nubere, quam vri.* Quod si est: quomodo ergo interpretabitur illud ad Hebræos 9. *Persuasimus vobis de vobis, dilecti, istis meliora.* Nam, quæ sperabat, comparatur malis, prius descriptis, *Terra qua profert spinas, & tribulos, reproba est, & maledictioni affinis: cuius exitus tendit ad exustionem.* An igitur, quia hæc mala sunt: & his malis meliora sperabat Paulus de Hebræis, ideo hæc, quæ sperabat, non erant bona? Et cum dicit Christus Matth. 18. *Bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut mancum potius quam duas manus, vel duos pedes habentem conijci in ignem æternum: Bonum est tibi luscum ingredi in vitam, potius quam duos oculos habentem conijci in gehennam ignis.* Au propterea non bonum ingredi in vitam claudum, mancum: luscum: quia melius quam ire in gehennam, habentem duas manus, duos pedes, duos oculos? Næ hoc ridere est, non disputare, illudere, non erudire.

XXXVI. Sed nec illud, *Bonum non est, quod pralatione alterius obumbratur*, est à sana mente. Augustinus contra, *Duo bona sunt, coniugium & continentia, quorum alterum est melius. Imo Apostolus, Qui dat nuptum, bene facit: qui vero non dat nuptum, melius facit.* Et vero illustrabat exemplis Augustinus. Sanitatis, & immortalitatis: scientiæ & veritatis: quæ omnia bona sunt, sed posteriora meliora. Denique illa assertio aperte peccat contra communem & vsum & sententiam: à quo illud est Augustini de Bono viduitatis cap. 5. *Sicut ergo bono melius, & beato beatius, sic honesto honestius est.* Sed & ab ipso Hieronymo libens quaesiro, quid de Viduitate censent? Nam hanc obumbrari comparatione melioris ipse docebit, qui longe præferat Virginitatem, in festiua illa allegoria. Triginta ad nuptias, sexaginta ad viduas, centum ad virgines.

XXXVII. Hæc vero, quid sibi volunt? *Quasi qui eam tetigerit, non euadat, qua virorum pretiosas animas rapit, qua facit adolescentiam euolare corda:* Et illud de Iosepho. Constat enim & illa sapientem dixisse de muliere fornicaria, & Iosephum ab Ægyptia fuisse de stupro interpellatam. Aut igitur necesse est, nihil poni discriminis inter fornicarias, adulteras, coniuges, aut certe non sincere disputasse Hieronymum, & Sophisticen exercuisse, indignam religioso Theologo.

XXXVIII. Quid ergo tandem? Nimirum à Pauli mente toto cælo aberrat ea notio boni, quæ opponitur vitio, siue peccato. Illa vero genuina, quæ incommodo. Nam & res ipsa testatur in quotidiana experientia multis incommotis expositum esse coniugatorum statum: & Paulus ipse sibi optimus est interpres, *Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, bonum hoc, inquam, esse homini ita esse. Quod si etiam duxeris vxorem, non peccasti: & si nupsit virgo, non peccat: sed afflictionem in carne habituri sunt, qui sunt huiusmodi: ego vero vobis parco.* Hoc autem aio, fratres, quoniam tempus contractum est in posterum: vt & qui habent vxores sint vt non habentes: & qui sunt, vt non sint: & qui gaudent, vt non gaudentes: & qui emunt, vt non obtinentes: & qui videntur mundo hoc, vt non aduocent: praterit enim species huius mundi: velam autem vos absque sollicitudine esse. Itaq; Iustinianus in paraphrasi, *Sic primum censeo commodum sane ac per honorificum fore, si quis ea sit animi constantia, & corporis integritate, vt omni prorsus abiecta coniugis consuetudine, castimoniam sibi perpetuo ac virginitatem vxore consentiente, colendam ducat.* In Commentariis Hieronymus sic interpretatur, *perinde quasi in eo bonorum genere collocetur, quæ non nisi vitio opponuntur, At qui id cum acerbis dicitur, tum non omnino vere, nisi fortasse quis interpretetur bonum quidem commodum, atque vtile, malum autem incommodum.* Et post, *vero similis videtur quod ait Chrysostomus, simpliciter affirmare Apostolum, commodum ac laudabile esse vsu coniugij abstinere.* Caetanus, *Paulus loquitur de homine relato ad vitam spiritualem, in qua bonum est non ducere vxorem, non nihil enim impedimenti præstatur spirituali vitæ ex coniugio.*

XXXIX. Et hæc tenent de Hieronymo. Sed hoc ipsum, quod de incommodo concessimus, tanquam nouum telum arripit, & torquet in libertatem Christianam Medina: docens Coniugium virtuali contrarietate pugnare cum sacerdotio, ob hæc ipsa incommoda, quæ prolixè enumerat ex Sixto tertio. Mores difficiles: adulteria, & quæcunque, ex iis pendunt: flexilitatis periculum: fecunditatis timores laboresque: tum liberorum difformitatem, & mores, & inopinatas mortes. Addit Sixto omiffa, curam dotis filiabus assignandæ, tum earum vel supra, vel infelices nuptias.

XL. Sed hæc pugnam quomodo intelligit? Distractionemne, an indignitatem? Nam de distractione iam actum. Indignitatem intelligo, vt indigna sint Episcopo illa quæ enumerat omnia. Atqui hoc negatur. Et vero

Paulus iussit Episcopum suæ domui bene præ esse, liberos continere in subiectione. Ita que non iudicauit indignum Episcopo habere domum, habere liberos. Nec vnquam audita lex: nequis pater, siue paterfamilias esto Episcopus: ne tum quidem, cum coniugium maximo fuit odio, aut cum operæ pretium existimatum est providere rebus Ecclesiæ, potius quam puritati: atque adeo infinitos Episcopos, Patres historia narrat. Atqui, quæ incommoda, siue Sixtus enumerauit, siue Medina, hæc non tantum à coniugio, sed etiam oriuntur à domo & liberis. Quid? quod non à liberis tantum, sed etiam consanguineis? Experimento manifesto ipsius Papiti, in quo prima maximaque cura Paparum, Cardinalium, Episcoporum, reliquorum in Clero, quibus sua denegatur legitima propago, consanguineos vtriusque sexus augere diuitiis, & honoribus. Denique & vno verbo: hæc quæ tragice recensentur incommoda, infelicitatis sunt humanæ, non vitiositatis: siue peccati. At infelicitas est quidem incommoda sacerdoti, sed non pugnat cum sacerdotio, vt non possit simul esse Sacerdos, & infelix in seculo, siue miser. Egregiam sane Theologiam! ex coniugio possunt nulli liberi procreari, & si procreentur, possunt, gibbosi, claudi, manci generari: ergo coniugium pugnat cum Sacerdotio.

## CAP. IV.

## De castitate, De odio vxoris, De negotiis secularibus.

I. Numerabo nunc leuiusculas quasdam sophisticaciones ex variis Noui Testamenti locis: nihil est enim tam exiguum, quod aduersarij se putant indignum, imo cui fastu suo non sperant conciliaturos momentum, & dignitatem. Quamquam enim pigeat tam minutula confectari, tamen ita factu opus est, ne vlla præbeatur anfa vel imaginarij triumphi. Mos enim illis perpetuus, vt nunquam negligere nos sua putent, sed, semper metuere, ideoque abstinere.

II. Primum ergo Torrensis. In priore ad Timotheum Paulus describens qualis Episcopus aut Presbyter esse debeat, *Sua, inquit, domui bene præpositum, filios habentem subditos, cum omni castitate.* At hæc castitas non ad filios tantum, vt aliis fortasse videri possit, pertinet, vt scilicet, quandiu in potestate patris sunt, continentes sint, & dicantur: sed ad ipsos etiam Episcopos, & Presbyteros: ita vtilis omnis castitas, quam Apostolus dicit, horum quoque continentiam à suis vxoribus significet.

III. Respondeo. Primo illud, *cum omni castitate*, eo loco intelligi de castitate filiorum: scilicet, vt sic instituantur à patribus Episcopis, vt tales sint. Sic enim postulari ordo verborum. Et sic interpretes exposuerunt Primasius, *Hoc est, si filios in castitate & humilitate nutruerit, vt in hoc eius diligentia comprobetur.* Theodoretus, *Qui filios docet omnem virtutem.* Theophylactus, *Quo pacto alios moderatos effecerit, qui suos viuere intemperantius stuerit?* Thomas, *Inter alia quæ requiruntur in filiis Episcoporum, quos habuerunt ante quam essent Episcopi, requiruntur quod sint casti: ideo subditur cum castitate.* Iustinianus, *Liberosq; contineat in officio adeo vt subsint quibus debent educatoribus, & pedagogis: omnem deniq; virtutem, morumq; honestatem complectantur.*

IV. Verumtamen oleum & operam perdit Torrensis, qui putauit sibi prolixius disputandum, hanc castitatem, etiam postulari ab Episcopis. Non debuit, profecto non debuit in re nulla controuersia sollicitus esse. Viderit alios: nos quidem concedimus nullum genus virtutis à Diaconis exigi, quod non etiam Episcopi præstare debeant. Esto igitur verum, Episcopos debere esse & paterfamilias: itidem vt Diaconos.

V. Sed quid hoc ad rem nostram? Castitas, inquit, abstinentiam à suis vxoribus significat. Itane? Vnde hoc vero? Aut cur à se Torrensis comminiscitur? Nam Græce Paulus *ὅτι ἡ ἀφ᾽ ἑαυτῶν* dixit, Et hoc verbi respondere proprie castitati, quæ *ἑαυτῶν* ἀφ᾽ ἑαυτῶν versatur, negant, qui vim verbi notant. Aristoteles, *magis Ethicor. cap. 25. ἡ ἐπιθυμία ἐστὶν αὐτῶν ἀπὸ τῶν ἑαυτῶν ἡ δὲ ἀφ᾽ ἑαυτῶν ἡ ἐπιθυμία ἐστὶν ἐπιθυμία ἐν ἑαυτῷ.* Vnde in hunc Pauli locum Theophylactus, *In omni autem castitate, id est, quæ verbis, & gestu, & operibus ipsis præfertur: in omnesq; & quouis tempore adhibetur.* Theodoretus, *Qui filios docet omnem virtutem.* Gagnæus *ὅτι ἡ ἀφ᾽ ἑαυτῶν*, quod Græcis significat castitatem, sanctimoniam, serueritatem, & grauitatem, morumque honestitatem, ac verecundiam: qualis esse in virginibus, ac iuuenibus bene institutis solet.

VI. Denique, negamus castitatem esse abstinentiam ab vxore. Prius enim ostensum, etiam vsum vxoris esse castitatem. Sed & hic res in obliuio esse nequit: filios suos iubetur Episcopus continere in castitate. Neque tamen audivit quisquam vnquam debere Episcopi liberos esse cæcilibus. Imo Clemens Stromateon tertio testatur Philippum *πῶς ἦν ἡ ἀφ᾽ ἑαυτῶν ἐν τῷ δαυείῳ*, filias suas maritis tradidisse. Iacobum etiam fratrem Domini, quæ nepotes habuerit teste Hegesippo apud Eusebium, necesse est liberis suis non interdixisse coniugio. Gregorius Nazianzeni Theologi pater, filiam Gorgoniam nuptum dedit. Quibus tantis viris, namque sanctis vereor, vt iniuriam faciam, si addidero Alexandrum sextum Romanum, patrum memoria, moribus certe, pietateque, adde etiam fide longe dissimillimum: sed suæ tamén filia Lucretiæ, secundas, tertias, imo quartas nuptias indulgentem, teste Guiccardino. Et vtriam hos intra limites indulgentiam suam contraxisset & cætera, subditam habuisset cum omni castitate, quod contra testantur historia: nequid durius dicam.

VII. Loricus, nulli Clerico à Subdiacono & deinceps licere vxorem ducere, ductamque apud se retinere, probat ex verbis Christi, momentis, ac tantum non præcipiens, vt qui eius velit esse discipulus, odio habeat vxorem, Matthæi decimo nono, id est, relinquat ductam, aut, si nullam habet, nullam ducat.

VIII. Sed habebat animum in patinis Loricus, cum citaret decimum nonum Matthæi, vbi de odio vxoris ne verbum quidem: sed tantum de ea relinquenda: ac ne hoc quidem iubendo. Verum Luca decimo quarto sic legimus, *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem & vxorem & liberos,*



coniugium? Nam profecto, qui toti immergunt se seculo, ij longe abdu-  
cuntur à sanctitate.

XXIII. Iam vero Christus, cum iussit cauere ne grauemur curis huius  
mundi, quo sensu dixit? Hoc, inquam, posteriore. Argumenta. Primum,  
quod is sermo pertineat ad omnes Christianos: Pertinet enim ad eosdem,  
ad quos hæc quæ statim subiiciuntur: *Nam ut laqueus, inuadet* (nempe pos-  
tremus dies) *in omnes qui habitant in superficie totius terra. Excubate igitur,*  
*omni tempore rogantes, ut digni habeamini qui effugiatis ista omnia que futura*  
*sunt, & consistatis coram filio hominis.* Hæc autem ad omnes Christianos.  
Theophylactus. *Ὅτι ἄρ' ἂν μόνον φεύγειν τὴν δεινὰ, ἀλλὰ καὶ δοξάζειν σπεύδοντες*  
*λαλοῦντες τὸν χειριστὸν, oportet enim Christianum, non tantum fugere mala,*  
*sed etiam contendere gloriam assequi.* Nota: Christianum: non tantum presby-  
terum. Itaque Stella omnibus applicat, *Cave ergo tu, qui homo rationalis &*  
*Christianus es, ne tali vitio deditus, usum rationis, per quam à brutis distingue-*  
*ris, amittas, & legem Dei transgrediens, prauaricator sis diuini præcepti, Ianfen-*  
*nus Concordiæ cap. 124. Postquam Dominus, que de aduentu suo cognoscere*  
*conueniebat, prædixisset, commode iam etiam subiungit, quomodo ad illum aduen-*  
*tum propter eius incertitudinem nos parare & gerere debeamus. Quæcumque enim*  
*hic dicuntur Apostolis dicta, in ipsis etiam nobis dicta sunt: unde postea dicit Do-*  
*minus, Quod autem vobis dico, omnibus dico.* Iam igitur, si omnibus dixit hoc  
quicquid est Christus: at non omnes tenentur nullo modo curis secula-  
ribus sese permittere: ergo manifestum, non hoc sensu esse à Christo di-  
ctum.

XXIV. Præterea, non dixit Christus cauete omnino à curis huius  
mundi: sed dixit, *Cauete ne grauentur corda vestra curis huius mundi:* vt ne  
vltimum prohiberet, sed excessum cohiberet. Ianlenius, *Adiecit Dominus, & curis*  
*huius vitæ, non quidem omnem vitæ huius curam prohibens: sed ne sinamus*  
*illis cor nostrum grauari, quod sit cum sunt immodica, cumque nimio studio tem-*  
*poralibus rebus parandis quis est deditus, cum hac obiter & perfunctorie curanda*  
*essent, & in primis querendum regnum Dei.* Carthusianus, *Videte quoque ne corda*  
*vestra grauentur curis huius vitæ, hoc est, sollicitudinibus circa carnalia &*  
*terrena, pro quorum adeptione & conseruatione non est immoderata & anxia sol-*  
*licitudo habenda, quæ est dissidentia à filia: sed in Deo tanquam in piissimo ac prou-*  
*dissimo patre sperandum est.* Lyranus, *Et curis, id est, superflua sollicitudine terre-*  
*riorum.*

XXV. Superest locus ex Paulo. Vbi primum vide mihi Torrensis per-  
uicaciam ingenium, etsi ad hanc controuersiam non magni momenti: sed  
tamen non laudandam, forte, ne dissimulandum quidem in Theologo.  
Nam certe apud Apostolum distrahuntur, quæ Torrensis vno perpetuo-  
que textu connectit. Primo iubetur Timotheus committere dignis viris,  
quæ acceperat coram multis testibus: deinde rursus iubetur diligenter la-  
borare, vel potius *καταπορεύειν* molestias omnes ferre, vt se probet bonum  
militem Christi: & hoc suadet exemplo militum, qui non implicent se ne-  
gotiis huius vitæ. At bonus Torrensis, sic copulat quasi iis idoneis viris, qui-  
bus tradere oportebat Timotheum, quæ à magistro acceperat, hoc impera-  
retur, vt ne se implicarent negotiis vitæ. Cum tamen post eam priorem par-  
tem diserte legisset, *Tu igitur labora:* manifeste indicante Apostolo hoc se  
postulare ab ipso Timotheo. Quæ distinctio, etsi hic non sit magni mo-  
menti, tamen & alibi neglecta possit nocere: & hic arguit, quam religiose  
hoc se genus hominum gerat in Scriptura interpretanda. Nihilominus ag-  
noscimus vere hæc verba generale præceptum continere: atque adeo cum  
Chrylostomo dicimus, *Nullus Episcopatus præditus hac audire detrectet: sed age-*  
*re talia plane detrectet.*

XXVI. Quid tum autem? Ergo ne nulla administranda huius vitæ  
negotia? Minime vero. Nam idem Chrylostomus. *Τὰυτὰ εἰρηται ἡδὲ τῶν Τι-*  
*μόθεον, λέγειται ἡ ἀρετὴ πᾶσι τοῖς διδάσκαλοις καὶ κληρικοῖς δι' ἐκείνους.* Hæc dicta qui-  
dem sunt ad Timotheum: verum dicuntur etiam per eum ad quemcumque magi-  
strum & discipulum. Rotunde. Quid ergo? placetne Torrensi non tantum  
omnes magistratos, sed etiam omnes discipulos connubia auerfari? Nimum  
tetrice Chrylostomo consentit Eneas Abbas oration. vigesima prima, *Scie-*  
*bat Apostolus neminem, quæ Dei & quæ mundi sunt, simul posse diligere, ideo scri-*  
*pisti ad Timotheum discipulum suum, Nemo militans, vitæ negotiis implicatur, vt*  
*et placeat à quo miles electus est. Sed & Ambrosius, Manifestum est quod dicit:*  
*quia nemo potest duobus dominis seruire.*

XXVII. Itaque implicari negotiis vitæ, non ἀκαλύτως accipiendum,  
sed limitatione distinguendum. Oecumenius, *ὅτι ἐμπλέκεται πρᾶγμασι τοῖς*  
*ἀφέλευσιν αὐτῶν ἡ δόξα, ὡν, Non implicat se negotiis, quæ cum auocent ab armis.*  
Haimo, *Secularia negotia sunt, per vsuras & adulationes lucra temporalia ac-*  
*quirere, sicut faciunt illi, qui regibus & comitibus ideo seruiunt, vt ab eis tempo-*  
*ralia accipiant beneficia.* Iustinianus, *Ambrosius secularia negotia ea sentit,*  
*quæ auaritia seruiunt. Ac sane Ambrosius dixit Negotia secularia auaritia serui-*  
*ant necesse est, Salmero, Videtur notare Apostolus quosdam sui seculi Episcopos &*  
*Doctores, qui suis commodis seruibant, & secularibus negotiis munda huius per-*  
*superbiam vel auaritiam, vel carnem se implicabant, & occupationibus sui mu-*  
*neris non vacabant.*

XXVIII. Quid plura? De ipsorum Episcoporum negotiationibus, Iu-  
stinianum audi, *Iam vero Pauli testimonio abutuntur plerique hoc nostro seculo,*  
*& aduersus Ecclesiasticos vociferantur, quod illos videant forensibus negotiis, &*  
*concentrationibus distentos & augenda rei familiaris plus æquo sortasse deditos: qui*  
*si omnem humanarum rerum curam, & sollicitudinem, clericis adimant, inique*  
*plane faciunt: sin autem nimiam curam, & sollicitudinem, quæ cætera Ecclesiasti-*  
*ca munera obruantur, modeste reprehendant, non sunt aspernandi.*

XXIX. Summa est, neque ex Christo, neque ex Paulo probati, quod as-  
sumebatur in argumento, nullis debere presbyterum secularibus, siue  
huius vitæ negotiis tempus vllum impertire. Sed duntaxat, non debere in  
iis nimium esse, aut saltem in iis esse, quæ non patiantur fungi Ecclesiastico  
munere. Nos vero, & nunc negamus huiusmodi esse coniugium, & libro  
præcedenti probauimus. Quare non vere concludit Syllogismus. Et sane,  
vt fateamur coniugium esse curam seculi, esse πρᾶγμα τῆς βίης. At non  
solum tamen. Quid causæ est igitur, cur reliquas quidem sollicitudines  
permittant; solum Coniugium interdican? viri si forte pudici? Cur in illis  
moderationem & agnoscunt & requirunt, in hoc vno tam sunt inhumani,  
vt nihil tolerant, nihil indulgeant? Et tamen de iis, ipsis seculi negotia-

tionibus, quas auaritiæ seruire dicebat, Ambrosius, ait, *Est ergo sed leue pec-*  
*catum: peccatum, inquam, leue pronuntiabat implicare se iis negotiationi-*  
*bus, quibus qui militant, non solent implicari: & in his negotiationibus*  
*comprehendunt Papistæ matrimonium: & tamen non leue, sed grauissimū*  
*clamant peccatum: clamant adulterium: clamant incestum: clamant sacri-*  
*legium: & quicquid splendida bilis suggererit. Si plus æ quo forensibus ne-*  
*gotiis intentum quis Episcopum videat, patitur Iustinianus reprehendere,*  
*modo modeste, sobrie, caste, coniuge vrentem legitima, Coslerus longe*  
*grauius peccare pronuntiabit quam scortatorem, quam adulterum. Ni-*  
*mirum dicis tantum causa, Scripturæ apud eos nomen est.*

C A P. V.

Argumenta ex Veteri Testamento.

I. Sed & à Veteri Testamento patrociniū mendicant. Ex Bellarmino  
Shuiusmodi colligitur argumentum, Si in Veteri Testamento, conti-  
nentia ab vxoribus in primis fuit requisita, ab iis qui Deo propinquaturi,  
vel rem aliquam sanctam tractaturi erant: Ergo & in Nouo testamento. At  
prius verum Ergo posterius.

II. Probat antecedens Bellarminus duabus figuris, tribusque exem-  
plis. Prima figura. Exodi duodecimo præcipitur, vt comesturi agnum Pal-  
chalem renes suos accingerent: quo significabatur, vt Gregorius exponit  
homilia vicefima secunda super Euangelia, debere eos carnis voluptatem  
edomare, qui agnum Paschalem comedunt. Altera figura. Exodi vicefimo  
octa præcipit Deus, vt Aaron, & filij eius: cum ingrederentur taberna-  
culum, feminalibus lineis, à renibus vsque ad scœmora tecti essent: quo ex-  
ponit Beda libro 3. de tabernaculo capite nono, significatum esse, debere Sa-  
cerdotes Noui Testamenti, aut virgines esse, aut contracta cum vxoribus  
pacta dissoluisse.

III. Exemplum primum. Exodi decimo nono, cum populus legem à  
Deo accepturus esset, ait illis Moses, *Estote parati in diem tertium, & ne ap-*  
*propinquetis vxoribus vestris:* quo testimonio vtitur Ambrosius, libri primi  
de Officiis capite vltimo. Secundum. Priori Samuelis vigesimo primo, no-  
luit Achimelec Sacerdos dare Dauidi panes propositionis comedendos,  
nisi prius intellexisset, eum ab vxore aliquandiu se continuisse. Ex quo  
Hieronymus in primum ad Titum, colligit perpetuam in Sacerdotibus  
continentiam, etiam ab vxoribus, qui corpus Christi, qui illo pane propo-  
sitionis significabatur, consociant, edunt, aliisque tradunt. Tertium, ex  
priori Paralipomenon capite 24. & Lucæ 1. colligitur: Sacerdotes Veteris  
Testamenti per vices suas ministrare solitos, & toto eo tempore quo mini-  
strabant in tabernaculo, à domo, & vxore abfuisse. Ex quo deducunt Syri-  
cius ad Himericum, Innocentius ad Victorium, Beda in primum Lucæ, Si  
illo tempore, quo ministrabant, ab vxoribus abstinebant: omnino decere vt  
Sacerdotes nostri, qui non per vices, sed semper ministrant, semper ab vxo-  
ribus se continent.

IV. Respondeo, primum negari consequentiam. Quia multa obseruari  
debeant à Iudæis, quarum vis nulla apud Christianos. Abstinentum erat  
à porcina, leporina, aliisque multis carniū generibus: multa etiam in-  
quisitiones vitandæ: ne singulas exequar ordine: à quibus tamen prorsus  
liberati sunt Christiani, tanquam à grauissimo iugo. Quare, etsi occurreret  
eiusmodi aliquod præceptum, quale isti volunt, tamen non valeret argu-  
mentum, nisi peculiariter doceret Sophistæ, id ipsum esse continuatum in  
Euangelio. Quod nunquam sunt facturi.

V. Et sane, quis pudor est in ipsis moralibus præceptis disputare de ab-  
rogatione legis. Et in his ceremonialibus contra, vim velle esse integram?  
Certe Franciscus à Victoria, Relection. 7. part. 2. vt obtineat non omnes  
gradus prohibitos in Leuitico, nunc obstat matrimonio, eo præcipue ni-  
tatur, quod lex Mosaica per Euangelium sit abrogata. Ergo ne ita factu o-  
pus est, vt cum volent obtineat lex Mosaica, cum volent exsulet?

VI. Sed enim quæcunque prohibentur in lege duum sunt generum,  
vel peccata, vel pollutiones: illa vetantur lege morali, hæc autem cere-  
monialia. Peccatorum prohibitionem pertinere ad Christianos, nemo negat:  
sed esse vsum vxorum in peccatis, nondum sunt ausi dicere quamuis  
audacissimi Papistæ. Et vero si peccatum, oportuit prohibitum in vnuer-  
sum. Necessè est ergo matrimonium prohibitum fuisse, si fuit, tanquam  
pollutionem. Atqui pollutiones hæc apud Christianos nullo loco, nullo  
sunt numero. Nam nec caueri contingere quisquam horret: nec à men-  
struarum contactu receditur, nec parietum, imo ne hominum quidem le-  
pra vitatur: neque aliud quicquam eiusmodi. Quid ergo? habent ne proba-  
re in vxoris vsu solam pollutionem, si quæ fuit, potius quam alias, ab Euan-  
gelio detestatam.

VII. Deinde, negatur antecedens. Neque enim illa lex indicari po-  
test in eam sententiam. Quis autem credat, in eo statu Ecclesiæ, in quo  
infinita minutissimaque capita distincte, diserteque suis singula locis erant  
annotata, imo enumerata, hoc fuisse, & quidem tantum caput præ-  
termittendum: silentioque tam alto sepeliendum vt ei nunc eruendo  
necessaria sit minutulorum argumentorum aucupatio, tenuissimarum  
conjecturarum affectatio? Quomodo cum vltimæ antiquitatis mores An-  
tiquarij conquisitis vndique signis venantur. Quæ arte de iisdem Iudæis  
mihi videtur Tacitus dixisse, *Longam olim famem, crebris adhuc ieiuniis fa-*  
*tebantur: & raparum frugum argumentum, panis Iudaicus nullo fermento detine-*  
*tur: imo & Saturno honorem habitum collegit ex Sabbati celsatione. Et*  
*tam vere profecto, quam suam abstinentiam Bellarminus. Sic enim*  
*meruerunt omnes decipi, qui suis diuinationibus indulgent ni-*  
*mium.*

VIII. Primum igitur, renes, ait, præcincti, & scœmoralia castitatem si-  
gnificabant. Imo tu nobis illudis, veterator. Quid enim? susceperas proban-  
dum, requisitam, & quidem in primis, fuisse abstinentiam ab vxoribus: id  
est, debuisse Iudæos abstinere. At tu probas debuisse exercere figuram ab-  
stinentiæ,

stinentia, id est, aliquid quod significaret abstinentiam. Viden' tuum in disputando scelus, Veterator, qui aliud ponas, aliud probes? Quid enim? An quia multas Eucharistia figurat illi iudem Iudaei celebrant, ideo tu concludes ipsum etiam Eucharistia Sacramentum apud eos fuisse solemne? Et multa alia similiter? Nam quid est in Ceremoniis, quod non aliquid nostrorum mysteriorum significaret: maxime vobis si fidem habeamus?

IX. Sed has ipsas figuras examinemus. Qui comedebant Pascha, cingebant renes: Fateor: sunt enim in eam rem disertissima Mosis verba. Id significabat continentiam ab vxoribus. Magnum mendacium. Nam contra Moses diserte significationem adscribit, *Comeditis festinantes, est enim Pascha Domini.* Vnde Theodoretus quaest. 24. in Exodum, *Δια π̄ φεγγασῑ ἐπιτελεῖται ἡ εὐχαριστία τοῦ ἁγίου πνεύματος; Quare praecipit Hebraei ad fugam preparatis celebrare festum Pascha? Bene vno verbo φεγγασί, expressit quicquid erat mysterii in renibus cinctis cum baculo, & calceis: Nam ista tria, teste Lyrano qua hic exprimuntur, designant, quod debebant esse parati ad excedendum de Aegypto.* Et Pererio disp. 7. in hoc Exodi caput, *Totus iste habitus, & paratus corporalis Hebraeorum in edendo agno Paschali, significabat eos ad iter festinanter faciendum promptissimos esse debere. Accingere renes est hominis parati ad iter proprie expediteque proficiendum: nam laxa ac defluentes vestes, festinationem itineris faciendi praepediunt.* Et hoc confirmat, notatis locis poster. Reg. cap. 4. *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade.* Item Hierem. 1. *Accinge lumbos tuos, & surge.* Adde 1. Reg. 18. *Accinctusque lumbis currebat ante Achab.* Posterior. 9. *Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad.* Itaque Glossa ordinaria ex Procopio, *Quia festinato eiecebantur Aegypto, & festinantis faciebant iter, non abs re vestiti more viatorum ouiculum ederunt.* En tibi quid haec sibi cinctura vellet Quid autem proportionis est Viatoris ad coelibatum?

X. Sed eo significari dixit Gregorius carnis voluptatem edomandam. Sed quibus argumentis persuasit Gregorius? Nam hoc primū inquiri debuit: quia scimus nefas esse cuiquam pro arbitrio scripturas detorque in allegorias: Et si quisquam ausit non ἰσοπνεύσει, vel ridiculum esse, vel certe non authenticum. Et tamen hoc ipsum ut dissimulemus, quid vero hominis Bellarminus fuit, tam in disputando aut securus aut supinus? Carnis, inquit, voluptatem edomandam? Quis neget? quis non probet Christianus? Sed hoc non eras pollicitus, Veterator. Non, inquam, probare intendeas voluptatem edomandam, sed abstinentiam ab vxoribus. An apud tuos nemo coniugatus voluptatem carnis domat? Tu videris: sed Catholici sciunt omnes σὺ φεγγασί domare voluptatem carnis: At multos etiam vtentes coniugio esse σὺ φεγγασί. Omnes esse debere.

XI. Itaque, etsi allegoriae studium, quo flagrauit Gregorius, non laudamus, tamen quicquid huius paratus corporis dixit occasione, nos libentissimis animis audimus: & cum maxime attendimus, tum de abstinentia à coniugibus nihil audimus. Credant lectores, non Bellarmino nihil recitanti: sed ipsi Gregorio, cuius verba ita sunt, *Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista postulat, dicens, Vre renes meos: si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos vni minime petisset: unde quia potestas Diaboli in humano genere maxime per luxuriam praeualuit, de illa voce dominica dicitur, Potestas eius in lumbis eius.* Hoc fundamentum est allegoriae: quam alienum, Deus bone, à Theologo? Sed id nos dissimulatos sumus polliciti. Allegoriam igitur audiamus, *Qui ergo Pascha comedit, habere renes accinctos debet: ut qui solennitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, corruptioni iam per vitia nulla subiacet, voluptates edomet, carnem à luxuria refringat: neque enim cognouit quae sit solennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subiacet.* Haec ille. Sed ubi abstinentia vxoris? Et quidem, ut scias quantitas: quibus haec, quae so, dicuntur? Omnibus hominibus, nullo excepto: nam, credo non paucis quibusdam instituta est solennitas aut resurrectionis, aut incorruptionis. A quibus ergo exigitur abstinentia ab vxoribus? Ab omnibus ne omnino hominibus? Dicat Bellarminus, si ausit, & vicerit. Certe Nodinus applicat omnibus sumentibus Eucharistiam, *Qui Sacramentum, inquit sumere vult, renes accingat, id est, luxuriam domat, & concupiscentiam refrenet: exigit enim hoc Sacramentum, ut mundi simus corpore & anima.*

XII. Simile nugamentum de foeminalibus. Legis causam diserte Moses addidit, *Vt operiant carnem turpitudinis suae:* quae verba cur versurus omisit Bellarminus, excerptis praecedentibus tantum, & sequentibus? Nimirum, ut fraus ne pateret. Nam hinc clarum, nihil hac veste significatum mysterii altioris: sed tantum honestati, decorique seruitum. Nec vero Lyrano illud cogitavit, *Quia, inquit aliter modo indebito acciderent, & irreuerenter.* Quid sibi ulterius Beda permiserit, nostrum non est superstitiose curare: sed iis vti, atque adeo contentos esse, quae certo constat diuinitus instituta, reuelataque. Nam si allegoria indulgendum, nihil est quod non ex quolibet efficiatur: adeoque vnam eandemque rem videre est à variis varie transformata: ut quam cui praeferas, magni sit & iudicii, & laboris apud te constituere. Profecto longe tutior, longe certior simplicitas.

XIII. Superfunt exempla. Iubentur Israelitae, accepturi legem, abstinere ab vxoribus: & Dauid non accepisset panes propositionis, nisi testatus abstinentiam. Et Sacerdotes abstinebant vicibus suis: Ergo etiam Sacerdotes Christiani debent perpetuo, Respondeo, primo negari consequentiam: quia haec exempla nula sunt perpetuae abstinentiae: sed tantum per certa tempora, & quidem breuissima. Atqui, aiunt, Sacerdotibus Christianis semper contractanda sunt sancta. Hoc vero nos alias negauimus: & post prolixius tractabimus.

XIV. Secundo, quid si haec non sunt exempla abstinentiae ab vxore? Scio non paucis ita vtilum de prioribus, & quidem Caluino, de primo, nec admodum repugnari. Sed aliud est conuicere, aliud demonstrare. Atqui aduersarii ipsi non negant hoc, quicquid est, non ad peccatum pertinere, sed ad pollutionem ceremoniale. Et in primo loco manifesta res, cum paulo ante iubetur populus sanctificari etiam lotis vestimentis, *Sanctifica eos hodie & cras, lauentque vestimenta sua.* Et post, *Estote parati in diem*

tertium: & ne appropinquetis vxoribus. At nullus datur locus legis: quo vsus vxoris annumeretur pollutionibus. Datur vero alia pollutio, à contactu mulieris menstruata: Leuitici decimo quinto, *Mulier, quum fuerit fluxus sanguinis, & erit fluxus eius per carnem eius, septem diebus erit in separatione sua & omnis qui tetigerit eam, immundus erit usque ad vesperam.* Haec vero pollutio non erat à contactu solius vxoris, sed cuiuscunque mulieris. Quid est ergo, quominus vtrumque locum de hac intelligamus? Nam in historia Dauidis vxor nulla nominatur: Si mundi sint pueri maxime à mulieribus, Et in Exodo, vxores nominantur in teipres nulla necessitate. Nam *לֹא תִגְּשׁוּ אִשָּׁה*, sonat, *ne tangite mulierem.* Quid ergo diuinare iauat: & non potius iis vti, quae lex manifeste offert?

XV. Sed in tertio, de Sacerdotum vicibus: quid non miret? An primorum auidaciam: an posteriorum stuporem? Abstinebant, inquit, Sacerdotes ab vxoribus tempore vicis suae. Hoc ego, inquam, nego. Et quidem iam constat, nullo profus loco vlla legi verba, quae hanc siue legem, siue consuetudinem exprimant. Magno iam prauidicio. Sed vnde habent igitur? Et comparatione vigesimi quarti prior. Paralipomen. cum 1. Luca. Et hanc tamen comparationem nemo, quem ego quidem viderim, explicauit: non olim, non nuper. Bellarmino fati fuit indicare: quasi tam perspicua res esset, ut sola, & quidem perfunctoria, admonitione opus haberet: an potius, quomodo desperata vulnera ne attingere quidem prudentis est medici?

XVI. Res ita habet. Dauid Leuitas distribuit in sortes viginti quatuor: ut ne omnes simul, sed ordine ministrarent tabernaculo: vnde initium τῶν ἰουδαίων: quas curiosissime obseruatas deinceps à Iudaeis docti tradunt. Luca 1. Zacharias est ἱεὺς φρουρίας Ἀ'εία, quae octauo erat loco: qui secundum ritum functionis sacerdotalis, sortitus est munus suffimeni faciendi, postquam ingressus esset in templum Domini. Et factum est, ut impleti sunt dies ministerij ipsius, abiit domum suam: nimirum in montana, vbi habitasse, atet ex his: *Quum autem surrexisset Maria per eos dies, profecta est in montanam regionem, cum festinatione in urbem Iuda, & ingressa est domum Zachariae, & salutauit Elizabeth.* Etiam tibi totam historiam, vnde nostris coelibatarius triumphus. Nam hic Salmero, *Dies officij, vocat peractam hebdomadam ministerij (nota hebdomadam: contra Innocentium, qui annum dixit, apud Iuonem part. 6. Canone 94. Dies, ergo officij vocat peractam hebdomadam ministerij, & functionis Sacerdotalis, quae Graece ἡμερῆς dicitur: quo tempore non solum ab vxorum complexu, verum etiam ab ipso domorum suarum abstinebant ingressu. Quales ergo, & quam sanctos, sobrios, ac pueros Sacerdotes decet habere Nouum Testamentum, si veteres tales habebat? Stella, Erant quippe Sacerdotes illi separati ab vxoribus, Deo in templo seruientes, quousque completerent dies sui ministerij. Vide obsecro & tu, si Sacerdotes veteris legis quorum Sacerdotium, collatione nostri, vile & umbraticum erat, si ita se à propriis vxoribus abstinebant, quam abominandi sunt Sacerdotes Evangelici, qui sanctissimum Christi corpus consecrantes, & suis manibus contractantes, vilis scorta in suis domibus habent. Satis moderate, nisi & ille pudicitiam nullam nominaret, nisi in coelibatu: & iste vilis scorta intelligeret, quascunque mulieres Sacerdotibus cohabitantes, nulla distinctione, legitimarum & concubinarum.*

XVII. Sed quis non videt miram absurditatem? Abstinebant, aiunt, domo, & vxoribus. Ergo Sacerdotes Christiani debent abstinere vxoribus. Atqui, si boni, si quiquam Sophistae, cur tam dimidiata conclusio? Et cur ab vxore infertur abstinentia, non infertur à domo? An quia pro arbitrio vos & leges vestras ponitis, & argumentationes etiam dispensatis? Nam nos quidem in vestri comparationem, tam sumus & diuis, ut putemus aut vtramque in partem consequentiam esse necessariam, aut in neutram. Vel inquam, auferendas & domos & vxores: vel permitendas & vxores & domos. Sed vos domos non auferitis: nec vero cenetis auferendas. Ignoscite stupidis, inde colligentibus vos, (si sic argumentetur aliquis: Sacerdotes Veteris Testamenti tempore ministerij abstinebant ingressu suarum domorum: Ergo Sacerdotes Noui si suas domos nunquā debent ingredi) colligentibus in quā, vos se ne negaturos consequentia Ignoscite, in quā, similiter de vxore iudicantibus, nisi si semel constitutum vobis ipsi scum omnia permittatis, nihil indulgere peccatibus, si forte, & quidē vestro exēplo.

XVIII. Sed siue vos estis humaniores futuri, siue omnem nobis ansam indulgentiae praediditis: tamen nos negamus Sacerdotes Veteris Testamenti tempore vicis suae abstinentiam, aut domibus, aut vxoribus. Vnde enim vos id conficitis? Ab exemplo Zachariae. Optime sane. At de Zacharia nihil simile Scriptura dicit. Indicat abfuisse domo: non vsum vxore, paucis illis diebus: hoc fateor. De domo non disputo. Sed de vxore dico incertum. Nam cur non potuit Zacharias redisse domum vna cum vxore? Non enim contradicit Lucas. Nec est insolens. Sed esto tamen incertum. Imo esto pronius in alteram partem. Ast ego nugones magno dico Papistas: & quicumque Papistas huius ineptiae ansam praebuerunt Abstinentiam domo. Imo, inquam, abfuit domo: non abstinentiam. Videlicet mysterij res fuit, Zachariam habitantem in montanis, profectum Hierosolyma, egressam esse domo: Magnum rursus secubasse Zachariam, qui Hierosolymis, Annam quae in montanis. Cordati fatebuntur, & abfuisse domo, & secubasse: sed addent, nulla lege, nulla religione, mere per accidens: nimirum, quia nondum erat illud magnum naturae arcanum manifestatum, quod habuit tandem aetas nostra, magno Loiolitici pecoris beneficio, posse vnum eundemque virum & Romae esse & Lutetiae eodem momento. Quo si priuilegio vti sciuisset bonus Zacharias, quam legem habent Iesuitae, qua probent, sicut vnum eundemque asserunt Romae in medio gelu, Lutetiae ad ignem luculentum esse posse: non futurum Zachariam Hierosolymis quidem in templo, & viduum: in montanis vero, domi, & cum vxore? neque enim haec conditio locationis est, potius quam illa.

XIX. Nam si illis peregrinatio pro lege est: placet ne etiam, ut quia filij Iacobi euntes in Aegyptum frumentandi causa, domo discedebant, & ab vxoribus: concludamus omnibus Dardanariis hanc legem esse, ut domo abstineant, & vxoribus? Et forte, quia Ahod, Iudicum 3. occisurus Eglo-nem regem, profectus domo, ab vxore recessit, ea causa delicti fuere nostra aetate Iacobus Clemens Monachus, & Petrus Castellus, & Rauallicus caelibes qui destinarentur occidentis Regibus nostris: Henricis III. & IV. Quis enim etredat confessionarios non omnia agere cautiissime, Fortasse







XII. Theodoretus in Deuteronomium, quæstione quadragesima quarta profert latius: Το πλείον ἢ ἰστέον ὁ λόγος διὰ τὴν πείραν τῶν κατὰ τοὺς νόμους φερόντων ἡσυχίας τὸν ἰστέον καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀποπέδη δὲ τὴν ἰσχυροτάτην, *Perfectionem Sacerdotum docet hæc oratio: quæcumque enim sunt in hac vita despiciere sacerdotem oportet.* Audin' πάντες καὶ οἱ ἄλλοι; Ergo non coniuges tantum. Quæ igitur hæc est tam desperata in coniugium nequitia, vt omnibus aliis relictis, hoc solum telis coelibatariis sit expositum? Sed nos constanter: Omnia quæ sunt in hac vita debere contemni: & tamen non omnibus debere abstinere. Non esse igitur idem contemnere & abstinere. Cur non possit igitur vir pius; cur non possit Sacerdos eo modo matrimonium contemnere, & vt tamen matrimonio? Contemnit enim diuitias, & vitur tamen diuitiis: contemnit cibum, & tamen vitur cibo: contemnit vestes, vitur vestibus. Denique contemnit patrem, matrem, filios, & habet tamen, imo vitur. Nimirum vna ratio est. Non placet Papistis. Ne rolæ quidem scarabæis.

XIII. Denique, quid hoc est impudentiæ? Quia dictum, qui filios suos nesciuerunt, concluditur, non debere Episcopum habere liberos. Et tamen enim æque dictum sit, *Qui dixit patri suo & matri suæ, Nescio vos:* tamen non concluditur, Episcopum non debere habere patrem & matrem. Potestne excusari? Ast ego, *Qui dicunt patri & matri nescio vos,* non propterea non debent habere patrem & matrem: Ergo similiter: *Qui filios suos nesciuerunt non propterea debent non habere:* alioquin, quo modo dicent?

XIV. Secundo loco constituamus Sacrificia; Coniugium impedit munus sacrificandi: quia summa quædam puritas & sanctitas in eo requiritur, teste Chrysofomo, lib. 6. de Sacerdotio. In actu vero coniugii, negari non potest, quin admixta sit quædam impuritas & pollutio, non quæ peccatum sit: sed ex peccato tamen nata: quod testatur rebellio membrorum, & verecundia humana in illo actu, quæ secretum semper quærit, vt notauit Augustinus lib. 14. de Ciuitate Dei, capite decimo septimo. Hæc Bellarminus Omne impuram impedit sacerdotii functiones: in actu coniugii impuritas est, ergo coniugium impedit sacerdotii functiones.

XV. Medina longe prolixius, cap. 53. 54. & 62. Apud Gentiles, virginitatem coluisse sacerdotes: qua feminas vt Sibyllas, Vestales, & Cereris Sacerdotes, imo & Veneris: qua mares, testibus Virgilio & Ouidio: exemplo etiam Gallorum exsectorum, & eorum, qui abstinebant capra, qui hedera, qui contra utebantur ruta: denique in Æthiopia, eorum, quos Augustinus vidisse testatur, serm. 30. ad fratres in Eremito, capita non habentium: quibus vxorum semel tantum in anno vsus erat: item monophthalmorum, qui ab omni libidine se abstinebant: & qua septimana offerebant thura, nihil sumebant, nisi metretam aquæ per diem. Nam ne has quidem fabulas suo coelibatu honestando indignas putauit, ex autore, quem Baronius, ad annum trecentisimum octogisimum secundum, impostorem honorat.

XVI. A Gentibus ad Iudæos transitum faciens, Leuitici vigesimo primo legē esse summi sacerdotis, *Virginem ducet uxorem: viduam autem & repudiatam, & sororidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo.* Item, Ezechielis quadragesimo quarto, *Et viduam, & repudiatam non accipient uxores, sed virginem de semine domus Israel.* Tum, ex Innocentio primo, Quorsum id, nisi quia matrimonium tantum indulgebat, ad prolis propagationem? Et innuere, quantum, in sacerdotalis functionis exsequutione delectetur Deus puritate: imo vero vix ægreque sacerdotibus vxores concedi. Addit abstinentiam illam per vices sacrificandi: quam etiam conuicit, non à Dauide institutam: sed ab initio imperatam, neglectam tamen restitutam. Addit, filiam Sacerdotis fornicantem igne puniri, Leuitici vigesimo primo: quasi non tantum matrimonium sacerdotis: sed & eius matrimonii fructus omni libidinis macula carere debeat. Denique, quod, etsi polygamia esset permilla, tamen sacerdotibus non illa tantum prohibita: sed etiam coanolare ad secundas nuptias, priore vxore defuncta. Et hæc, inquit, functiones non alio contendere videntur, quam vt innuant sacerdotii naturam hanc esse, vt omnibus carnis sordibus, & libidine careat.

XVII. Tandem de Christiano sacerdotio. Huius igitur tanto profundiore ac sanctiore rationem esse, quanto Euangelicum institutum viuendi, alias omnes religiones, siue diuinitus tributas, siue humanitus inuentas & excogitatas, perfectione transcendit. Et subiicit longam comparationem Sacrificiorum, Mosaicorum, cum Sacrificio Christiano. Atque hic finis longarum nugarum. Argumenti vis est huiusmodi: Si Sacerdotium Ethnicum & Iudaicum impediatur matrimonio, Ergo multo magis Christianum. Consequencia probatur à maiori dignitate: Antecedens probatur prolixa illa enumeratione.

XVIII. Ambobus responderi potest, sacerdotium Ecclesiæ nullum esse, præter illud æternum, quod Ecclesiæ prædicant, vnus Christi personæ, adumbratum veteri illo Aaronis sacerdotio. Sed hæc materia est alterius controuersie suo tandem tempore disputandæ. Quia vero sacerdotium est species quædam ministerii, & in Ecclesia Presbyterium est etiam ministerium: ideoque aliquomodo concurrunt Sacerdotium & Presbyterium, interim dissimulato Sacerdotii proprie sumpti nomine, reliqua videamus.

XIX. Et Bellarminum priorem expediemus. Impurum dico, vel moraliter, per peccatum: vel ceremonialiter. De utroque falsa maior. De peccato quidem, quia non vniuersalis. Non enim omne peccatum impedit Sacerdotium: alioquin nullus vnquam posset esse sacerdos, præter vnum Christum: quo excepto, nullus non est peccato impuratus. At multi fuerunt sacerdotes præter Christum: quem hoc discrimine Paulus à cæteris distinguit ad Hebræos septimo, quod *ei non fuerit quotidie necesse, quem admodum aliis, prius pro peccatis propriis victimas offerre, deinde pro populi.*

XX. Quod si intelligamus impuritatem ceremoniam, vera non est maior vniuersaliter de omni sacerdotio: sed tantum de Leuitico. Nam Christianum sacerdotium nullis omnino ceremonialibus immundiciis potest inquinari, aut impediri. Ratio certissima, quia in Nouo Testamento profus nullæ sunt relictæ ceremoniales immundiciæ: sed, quæcumque erant, sublatae per doctrinam Euangelii.

XXI. In minore manifestum sophisma est: quia mutantur termini. Cum enim debuisset assumere, matrimonium esse immundum: ille potius dixit, in actu matrimonii admixtam esse impuritatem. At-

qui, si impuritatem ceremoniam dicat, vtrumque est falsum: id est, siue coniugium, siue actum coniugii esse impurum: neque habet dare vllum legis testimonium. At, si impuritatem moralem, non æque verum, matrimonium esse impurum, & actibus matrimonii ineffe impuritatem: nam hoc quidem concedimus, quomodo certum alias constituimus, nullum opus humanum morale carere suo peccato: at illud non concedimus: quomodo, etsi singulis actibus precandi suum sit admixtum peccatum, tamen falsum est peccatum esse precari, aut immundum. Alioquin ipsum precari impediret Sacerdotium: quod opinor non concessuros Papistas.

XXII. Id magis agnoscas ex subiectis rationibus. Secretum petit in illo actu verecundia humana. Ita est, inquam: sed an secreti petendi nulla causa est præter immunditiam, vel moralem, vel ceremoniam? Quasi nullis aliis necessitatibus secretum eligatur. Placetne igitur exonerationem ventris, aut vesicæ, à sacerdotibus publice peragi, aut ab ea pollui, & impediri sacerdotium? A peccato esse huiusmodi pudorem, nullus dubito, & verè Augustinus pronunciauit. Sed esse impuritatis signum, cuiusmodi impuritatem in hac quæstione oportet nominari, non facile quis euicerit. Sed impuritatem rebellio membrorum testatur. Quid ergo? hanc ne rebellionem soli sentiunt coniugati: an omnes? Imo omnes: nam Augustinus libidini tribuit, non actui: libidini, inquam, à peccato ortæ: & inde pudorem, quo factum vt pudenda velarint protoplasti: indeque reliqui. An igitur soli coniugati velant: cælibes autem habent in aperto? Imo æque omnes velant. Omnes ergo æque pudet? Cur pudet, nisi propter eorundem membrorum rebellionem? Ergo non coniugati soli, sed & cælibes sentiunt eam rebellionem. Si ergo sit hæc rebellio argumentum immunditiæ, & impuritatis, non in solis actibus coniugii impuritas erit: & erit etiam in cælibibus. Quare etiam cælibatus impedit sacerdotium: & omnino incepti ad sacerdotium quibuscumque ea membra sunt: vt laudandi sint qui olim Gallos Matris dæum iusserunt exsecari: vt ne frustra eos Medina non sit oblitus in exemplum proponere, dignum quod imitentur Papistæ.

XXIII. Sed ipsum Medinam audiamus. Genes, inquit, voluerunt Sacerdotes abstinere coniugio. Ergo, coniugium obstat sacerdotio. At primo, antecedens non est vniuersaliter verum. Nam certe apud Ægyptios aliter, teste Mose, qui Genesios quadragesimo primo nominat, *Afeneth filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos.* Et apud Babylonios, quibus vxores tribuit Historia Bel, quæ Danieli adscribitur, *Erant Sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus & filiis.* Quid ex poetis repetam, aut Chrysen, eiusque filiam Chryseidem, aut Laocoonem à Draconibus occisum cum duobus liberis? Quid tum ergo, si quibusdam, si paucis aliter visum? Aut, cur ex paucis concludas obstat, potius quam ex multis, non obstat sacerdotio coniugium? Denique, quid tum, si maxime omnibus Ethnicis is sensus fuisset? Nempe, cæci erant, cæcorum duces: qui neque religionem nouerant neque matrimonium. Vt pudet debeat Christianos eorum exemplis moueri.

XXIV. Sed apud Iudæos ægrè permillum matrimonium sacerdotibus. Ain' tu ægrè? Ita nimirum Deo dignum fuit: cui sit necesse accommodare seipsum, suaque vota, humana infirmitati: Sed illud tamen constat, fuisse sacerdotibus Iudaicis permillas vxores. An vero ægrè, probandum Medina fuit. Videamus ergo primo causam: deinde argumenta. Causam dicit, prolis propagationem. Atqui Polydoro Virgilio aliud fuit iudicium, de Inuentoribus libri quinti capite quarto, *Moses omnibus æque coniugium concessit, ipsi etiam sacerdotibus, ne naturali mulierum coniunctione priuati, ad minus licita temere prolaberentur.* Quæ eadem causa est, quam Paulus omnibus proposuit, & nos vrgemus hodie. Sed enim, quænam hæc ratiocinandi forma est? Nam omnibus hominibus, quis dubitat concessum matrimonium propter prolis propagationem? Placetne igitur, vt dicamus omnibus hominibus ægrè concessum?

XXV. Sed argumentum videamus. Concessum est ducere vxorem: sed duntaxat virginem: non viduam, non repudiatam, non sordidam, non meretricem. Ita est, inquam, diserta fuit legis verba. Sed quibus? omnibusne Sacerdotibus? Hoc falsum: sed summo soli. Polydorus Virgilius, *Constituit vt sacerdotes uxores ducerent, etiam viduas, quæ neque captiue, neque ancilla, neque quibus vis de causis per factum diuortium, repudiata à prioribus viris essent: summo vero Pontifici voluit virginem nuptum dari.* At tu, Medina, de Sacerdotibus disputas: non de summo Sacerdote. Quodnam hoc genus est logice? si summo Sacerdoti ægrè permittatur coniugium: Ergo & omnibus Sacerdotibus? Imo vide. Ægrè concedi probas: quia nonnulli cum virgine: at reliquis Sacerdotibus etiam cum vidua. Ergo reliquis sacerdotibus non oportet ægrè concessum. Quamquam illud etiam argumentationis monstrum, vnde est? Conceditur coniugium duntaxat cum virgine: ergo ægrè conceditur. Quasi tuis diceret: Conceditur Iudæis esus ciborum duntaxat purorum: Ergo Iudæis ægrè conceditur esus ciborum. Sacerdotibus permittitur sacrificare animalia duntaxat munda: Ergo Sacerdotibus ægrè permittitur sacrificare.

XXVI. De abstinentia per vices, ante est disputatum: sed hoc profecto egregium argumentum est: Filiam Sacerdotis fornicantem oportuit comburi. Ergo Sacerdotium impeditur à matrimonio. Porritne res tota magnificentius concludi? Quasi filia Sacerdotis sit Sacerdotium: quasi scortatio sit matrimonium. Sed inde saltem constat, inquit, non tantum matrimonium Sacerdotis, sed etiam eius fructus omni libidinis macula carere debere. Imo inquam, neque hæc legitima consequentia est: neque ad rem. Non legitima: quia agitur non de quauis libidinis macula: sed tantum scortationis: quis autem sibi ab vna specie permittit vnquam de toto genere concludere, nisi cui immensa est τῶν φερόντων ἀβυσσὸς? Non ad rem. Quia longe aliud est, carere libidinis macula, & impedire Sacerdotium. Nos illud prolixè non tam concedimus, quam docemus & profitemur: imo seuerius, non coniugia tantum, sed & cogitationes Sacerdotis debere carere omni libidinis macula. Quis tamen concludet, Sacerdotis cogitationes impedire Sacrificium.

XXVII. Pergamus. Tertio loco: Coniugium impedit studium orationis. Ratio Bellarmini. Oratio requirit mentem eleuatam, purgatam, & tranquillam: actus autem coniugii maxime hebetat aciem mentis, & deprimit ad in-



ad inferiora, & perturbat, & animam ipsam carnalem quodammodo facit, teste August. lib. 14. de Civitate Dei, c. 17. Iam vero Sacerdos in orandi studio assiduus esse debet. Et hic instat Medina c. 64. suo more prolixus. Orationes alias priuatas, quibus teneatur ex charitate: alias publicas, quibus ex iustitia, siue sacerdotii natura: utriusque tamen longe intentius, quam Iudaei. Priuatis quidem, quia Christum referat, cuius charitas, & erga mortales amor, non iam promissus, ut olim, sed exhibitus, vehementius adstringit. Publicis autem: quia Leviticus Sacerdos, nullus erat Sacramenti minister, præter Sacrificia: sed Euangelicus, septem Sacramenta Christiano populo per omnes horas ministrat.

XXVIII. Respondeo hic, ut in superiori, Bellarminum de coniugio proponere: subsumere autem de actu coniugii. Pueriliter. Nam & nutritionis actus impediunt orationes, maxime publicas. Quis enim vidit unquam, simul & orantem & comedentem, aut bibentem, aut dormientem? An propterea humani corporis nutritionem quisquam dixit obstat Sacerdotio? Quin ipsorum sacerdotium functionum actus singuli, nonne alii alios impediunt? Nisi forte eodem momento & baptizat Sacerdos, & corpus Domini conficit: & ut de superstitione ipsa exemplum capiam, simul & semel Ecclesiam consecrat Episcopus, & confirmat pueros: aut extremam vñtionem administrat Sacerdos, & erucas excommunicat. Et infinita huiusmodi. Et tamen nunquam est auditus quisquam, qui harum partium functiones ita inter se committeret, ut oppositas diceret, aut non posse ab vno eodemque viro administrari. quantumvis actus singulares alii alios impediunt.

XXIX. Concedamus ergo Bellarmino coniugii actus ita deprimerent animam: & orationibus adesse debere animam purgatissimam. Nempe ergo sequetur inde, orationem impediunt actibus coniugii. Quid inde? Nempe tum cum vacatur actibus Sacerdotii, vacandum esse ab actibus coniugii. Legitima hæc quidem est consequentia: nec nobis inuitis. Sed ne tum quidem posse coniugem vacare actibus Sacerdotii, cum non vacat actibus coniugii: aut sacerdotem actibus coniugii, cum non actibus Sacerdotii, nulla ratio bona patitur: sed mera tyrannis imperat.

XXX. At, inquit, in orandi studio Sacerdos assiduus esse debet. Quomodo, inquam, assiduus? An quomodo reciprocatio spiritus viuenti corpori assidua esse debet? ut nulla unquam vel minima sit intermissio? Nunquam ut dormiat, nunquam ut prandeat Sacerdos, nunquam peregrinetur. Ne nosster quidem omnium Dominus, à cuius charitatis exemplo nos Medina vult nostræ diligentæ legem sumere, hoc modo fuit assiduus: nedum alius esse queat. Quod si orationum vicissitudines quædam esse possunt: cur non & actuum successiva quædam ordinatio? Atque adeo ita factum. Nam in Veteri Testamento Leuitæ fuerunt vxorati, & simul fuere Sacerdotes: itaque temperabantur utriusque functionis actus, ut utriusque illi sufficeret.

XXXI. At sacerdotibus Christianis, inquit Medina, longe operosior assiduitas. Facita esse: quid inde? nimirum longe rarius posse vacari actibus coniugii. Sed nunquam posse, absurda consequentia est. Nam charitas priuatas preces postulat, ipso teste Medina: at has non impedit usus coniugii, teste Paulo, ut libro præcedenti vidimus: & has ipsas debebant Leuitæ suæ charitati. Sed intentiores Christiani. Cur? Quia Christi personam sustinent? In priuatis, inquam, precibus? Hoc vero falsum: sed tantum in publicis. Quare priuata saltem huius charitatis actibus, cur non possint actus coniugii succedere, nulla causa est.

XXXII. Superfluit publicæ preces: quæ ipsæ sunt priuatis solenniores quidem, sed non frequentiores. Imo eo rariores, quod non priuata tantum cuiusque sacerdotis commoditates, sed publicæ etiam totius Ecclesiæ sint obseruandæ. Itaque illis non certi tantum dies, sed etiam dierum horæ certæ assignari solent, ut fiant ordine. Atque adeo in media ipsa Papistarum superstitione, quantumuis negotiosissima, tamen post meridiem solæ Vespertinæ, quas vocant, preces, sunt publicæ operationis: excepta Baptismi administratione, quam patiuntur esse inordinatam: quanquam & ipsis nihil obstat certas horas adscribi. Denique ut diem vniuersum publicis officii impendas, tamen nox reliqua est, cum nihil publice fieri potest: quamque oportet, velis nolis, humanæ infirmitati concedi. At hæc satis erit.

XXXIII. Quarto loco. Coniugium impedit efficaciam prædicationis, ut Ambrosius docet lib. 1. de Officiis c. vlt. Quomodo enim efficaciter exhortabitur viduas & virgines, qui liberis perpetuo operam dat? Medina c. 63. difficultatem exaggerat: quia cum apud Israelitas hæc sollicitudo esset non tantum penes Leuitas, tam multos, quippe integram tribum, sed etiam Prophetas, quos frequentissimos Dominus mittebat: at in Christianis nec Prophetæ sunt, nec certa Christianorum pars: sed is tantum qui sacerdotio voluntarie iniungitur: nam quod multi sint, non Euangelii natura, sed accidens facit. Est ergo non diuisa, sed prorsus integra apud Euangelicos sacerdotes pascendi sollicitudo.

XXXIV. Respondeo, negari à coniugio impediunt efficaciam prædicationis. Nam coniugatorum opera laudabili sæpe vsam esse Ecclesiam, libro præcedenti ostensum est. Impeditur hæc efficacia non ab vilo vitæ legitimo genere, sed ab intemperantia vitiorum. At coniugium non est in vitis: imo castitas est. Quis unquam audiuit Christianus a castitate violari efficaciam prædicationis? Non potest, ait, viduas & virgines exhortari, qui perpetuo dat operam liberis. Ecce perpetuo dat operam. Quis hic est? quis unquam fuit? Aut si est, si fuit quisquam, ille à coniugii legibus procul recessit. Sed hoc hostile sarcasma est, non vtile pietati argumentum. Qui autem coniugio moderate & temperanter vititur, is quominus & virgines & viduas hortetur, nihil habebit impedimenti: quomodo nihil obstat, quo minus, qui edit & bibit, quantum natura satis est, ieiunia possit commendare. Et quid si contra diceret quis: Quomodo poterit coniugatos hortari, qui coniugium horret? adderet etiam, qui coniugio impotentissime maledicit, qui mos iam pridem est Cælibatiorum?

XXXV. Nam quod Ambrosium testem citat, abutitur Bellarminus eo nomine. Ille enim Pater non matrimonium impedit, sed iteratas duntaxat nuptias vellicat. De castimonia quid loquar, quando vna tantum, nec repetita permittitur copula? Et in ipso ergo coniugio lex est, non iterare coniugium, nec secunda coniugis sortiri coniunctionem. Et post, Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit? Audin' dicere, non cum Bellarmino eum qui liberis operam dat: sed qui frequentant coniugia? Quamquam hoc ipsum nimis dure. Nam cum admittant eum hortari posse ad vir-

ginitatem, qui sit viduus: quid incommodi est, ut non possit ad viduitatem qui iterauit coniugium? Sed de iterato coniugio, paulo post.

XXXVI. Medinæ disputationem ego quidem non capio. Nulli sunt hodie prophetae. Quid tum? Nam prophetae olim non leuabant Sacerdotes labore suo: sed horum labori ordinando, suum extraordinarium adiciebant. Non est Christianorum certa pars, puta duodecima destinata sacerdotio, admitto: sed nunquam de fuit Ecclesiæ quantum satis fuit prædicatorum, ut in multos distributa prouincia singulis fieret leuior. Itaque, quid sit illud, Quod multi sint, non Euangelii natura, sed accidens fecit, aut illud, non diuisa, sed prorsus integra est apud Euangelicos sacerdotes pascendi sollicitudo, diuinare non possum: nisi forte voluent significatum Medina, omnes prædicationis partes singulis Presbyteris esse impositas: ut exempli gratia, non sit vni commissa hortandi, alteri corripiendi, tertio consolandi, quarto confutandi prouincia, sed singulis omnes simul. Hoc ille si voluit, nihil absurdi dicit: sed ne noui quidem: nam habetne ostendere aliam fuisse rationem Leuitarum? Ego quidem audiui nunquam. Nec verò hinc impossibilitas vlla. Vnde ergo? Ex numerositate populi: quæ sola est vera causa multiplicandi eiusdem ordinis Presbyteros. Nam ut solus vnus omnibus sufficiat, nunquam visum, nunquam auditum.

XXXVII. Itaque Paulus 1. ad Cor. 14. ordinem præscripsit obseruandum multis prophetantibus, *Propheta duo aut tres loquantur, & alij diuident: quod si quid alii patefactum fuerit assidenti, prior taceat. Potestis enim sigillatim omnes prophetare, ut omnes discant, & omnes consolationem accipiant.* Quinetiam tum, cum vnus cepit esse Episcopus, tamen non ipse solus prædicare est solitus: sed & Presbyteri: quo illud Clementis spectat *Ἀποστολῶν 2. c. 27. καὶ ἕτεροι, id est, postlectionem Scripturarum, καὶ ἕτεροι λέγοντες οἱ πρεσβύτεροι τὸν λαόν. καὶ οὗτοι, ἀνὰ αὐτὴν ἡμέραν, ἡμεῖς λέγομεν οἱ ἐπίσκοποι.* Post ordine exhortentur populum Presbyteri: nempe singuli, non vniuersi: postremisque tantum Episcopi. Postremis denique temporibus admitti in partem oneris Monachi, quibus olim diserte prædicatio erat prohibita: ut pote meris laicis. Quo minus causæ sit Papistis, quibus tor sunt & tantæ Presbyterorum legiones, tot & tanta Monachorum examina, detrectato coniugio, meretricis frequentandi.

XXXVIII. Quinto, Coniugium impedit curam pauperum, & illam hospitalitatem & benignitatem, quam Apostolus tantopere commendat. Nam qui vxorem & liberos habet, debet eis thesaurizare, & raro inueniuntur coniugati, qui superfluum habeant.

XXXIX. Quasi, inquam, multa frequensque hospitalitas inter cælibes. Et non tolerant ipsi Monachi, qui omnium maxime cælibatum exercent de alieno viuere, de suo neminem pascere: aut Monachis multo sint in pauperes liberales Presbyteri, Episcopiue. Res est lippis nota & tonforibus. Verum tamen Apostolus longe aliter rem æstimauit: qui cum Episcopum Presbyterum, Diaconum, descripsit, & vxores habentes, & liberos, tamen eisdem iussit esse *φιλοξήνοι*: iussit etiam, si non posse esse credidisset?

XL. At non multi sunt: quibus sit aliquid superflui. En charitatem Iesuiticam! quæ non nisi ex superfluis liberalitatem exercet. At Christiani etiam ex necessariis. Marci duodecimo, *Omnes ex eo quod eis redundat miserunt: hæc vero è penuria sua misit omnia quæ habebat: totum, inquam, vitium suum.* Debent patres familias filiis thesaurizare: & id sciunt fideles: sed simul sciunt, debere & pauperum esse memores: quare vtrumque conantur: & quidem ita, ut inter laicos coniugatos, etiam pauperes, longe sint frequentiora hospitalitatis officia, quam inter ditissimos cælibes.

XLI. Postremo tandem loco Bellarminus impediti dicit Sacramentorum administrationem: tunc enim vix distinguerentur Clerici à Laicis, & esset sicut populus, sic Sacerdos. Testem adhibet experientiam: cum enim tempore Gregorii septimi cepissent sacerdotes vxores ducere, tantus contemptus Sacramentorum sequutus est, ut passim Laici Sacramenta administrarent: referente Nauclero, & aliis.

XLII. Solenne est Bellarmino nugari: nisi & hoc pro tam frequenti peccato mollius est dictum. Si coniugati sunt sacerdotes, impediunt Sacramentorum administrationem. Cur potius quam sacrificiorum apud Iudæos, quæ ipsa Sacramenta quædam erant? Cur hodie potius quam olim, cum Presbyteri erant coniugati? Cur in Latina potius, quam Græca Ecclesia? Mira pertinacia! Rursus: vix distinguerent Clerici à Laicis. Ergo impeditur administratio Sacramentorum. Esto: etsi nexum necessarium nullum videam. Sed quare non cognoscerentur? Aut quare Christiani minus quam Iudæi? Cur ut hodie minus quam olim? Latini minus quam Græci? Mira res. Hodie fieri non posse & inter Christianos, & apud Latinos, quod facile apud Iudæos, facile olim inter Christianos, facile hodie inter Græcos. Næ fascino quodam potentissimo rerum naturam immutatam oportuit, à primis illis temporibus: & in angulo isto mundi. Tanti nimirum fuit erroris efficaciam non obistere. Sed est quod mirer amplius, & serio mirer: non posse dignosci apud Papistas Sacerdotem coniugatum à Laico coniugato: & posse Sacerdotem fornicantem à fornicante Laico. At ego audieram nunquam legitimas matronas viros mutare in suos, sed tantum Circes famosas. Iterum quod mirer: non posse Presbyteros, Diaconos, Hypodiaconos coniugatos, discerni à plebe: posse ostiarios, cantores, acolytos, exorcistas.

XLIII. Huius tam portentosi fascino, nullas Bellarminus causas potuit assignare, potuit exemplum vnicum saltem in vniuersa Ecclesiæ historia. Nec exemplum tamen, sed mendacium: nam historia nobis recitata est capite postremo libri præcedentis. Incipiebant, inquit, sacerdotes ducere vxores: at contra verum, incepisse Gregorium Sacerdotibus vxores eripere, eripere inquam: nam etsi longe prius essent prohibita: tamē nunquā eripere. At Gregorius mera vi ac tyrannide non tantum vetuit ordinatos coniugium inire: sed & coniugatos coegit, vel vxores abicere, vel sacerdotio abire. Itaque quicquid tunc accidit incommodi, nemo autor adscribit coniugio sacerdotum, sed prohibitioni Gregorii. Passim fuisse Sacramenta administrata non tam latè dicunt, sed baptismum duntaxat, & extremum viaticum: at Eucharistiam à coniugibus consecratam, pedibus conculcatam. Sed hæc omnia ex prohibitione, non ex coniugio: plebe nimirum abominante sacerdotes coniugatos. Sic nihil nisi mentitur Bellarminus.

CAP. VIII.

De Concilio Nicani Canone tertio.

Exhausta sunt aduersariorum argumenta : nunc expendamus Antiquitatis testimonia & primo Conciliorum : in quibus Nicænum vix est, qui omiffum voluerit. Eius Canon tertius sic habet, Α' πηβ' εδωκε κη' ολας η μεταλλαι σιωδεις, μητε ιπισκοπος, μητε πρεσβυτερος, μητε διακονος, μητε ολος η εν τω εν κληρω εστιν σωματικη εχρησι, τω λω ε' μη αμα μητιος, η αδελφω η θηκου η ε ρονα τω σωματικη παρτω δωσφικω διακονω δωσφικω: Interdixit per omnia magna Synodus, no Episcopus, no Presbytero, non Diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroducendam habere mulierem: nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, quae suspiciones effugiunt.

II. Bellarminus. Concilium Nicænum primum Canone tertio interdicit Episcopo, Presbytero & Diacono, ne domi mulierem vllam habeat, praeter matrem, sororem, amitam. Nulla vxoris fit mentio: quæ tamen primo loco poni debuit, si cum ea habitare liceret. Item cur prohibetur Clericis cohabitatio mulierum, si vxorati esse possunt? Nonne vxores ancillas habere possunt in eadem domo? Ferrarius ita vertit Gallicè, A interdixit d auordans leur maison aucune femme, qui habite & viue avec eux en commun, si ce n'est leur mere: Interdixit habere domi vllam mulierem, quæ vna habet & communiter viuat, excepta matre. Similiter Richeomus. Bulengerus contra Paphnutii sententiam fuisse prohibitum, nec domi haberent vllam mulierem, praeter exceptas.

III. Nos negamus hoc interdicto comprehendi vxorem. Idque habemus probare certis argumentis. Nam primo, qui non improbarunt vsum vxoris legitimæ, quomodo cohabitationem interdixissent? Imo non suspectas personas dum testantur se permittere, eo ipso ostendunt, non prohibere nisi suspectas: at inter suspectas, qui potuerunt vxores nominare, qui assensu sunt σωφροσύνην εν τω νομειμω γυναικω σωματικω? Scio Ferrarium hoc ipso Canone vsum ad hanc impugnantiam Paphnutii historiam. Concedamus ergo sane in medio tantisper relinquendum hoc probationis genus, dum veram mentem Synodi potuerimus in tuto. Nam esse hunc Canonem genuinum vtrique confitemur. Itaque si eo certum sit interdici vxorem, non poterit non supposititia esse Paphnutii historia. Sed vicissim, si nimis confiderent aburantur Sophistæ his verbis, necesse est fateantur nihil esse dissidii inter Paphnutii historiam, & hunc Canonem.

IV. Secundo igitur, dicimus prohiberi à Concilio non omnem mulierem, sed τω σωματικω. At nullam vxorem esse σωματικω, & vicissim. Quæ de re disputatio inchoanda est prolixior: neque enim aduersarij vel hoc loco suis artibus renuntiantur. Expendam horum argumenta prius, tum nostra.

V. Non excipitur vxor, inquit Bellarminus: sed tantum mater, soror, reliqua. Ita est, inquam: At hanc in primis exceptam oportuit. Hoc vero negatur. Excipiuntur enim necessario ea tantum, quæ verborum eodem ambitu comprehendendi possunt: at non solent, quæ sunt extra eum ambitum. Numerorum 26. Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse, & Eleazaro Sacerdote in campis tribus Moab supra Iordanem contra Iericho. Inter quos nullus fuit eorum, qui ante numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai. Prædicat enim Dominus, quod omnes morerentur in solitudine: nullusque remansit ex iis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun. Exceptos vides duos tantum: sed cur non plures? puta filios Salphaad, filios Hephher, alios qui statim nominantur capite sequenti? Nempe quia hi non poterant comprehendendi in numero eorum qui censu fuerant in deserto Sinai: at ille Caleb & Iosue poterant. Itaque horum necessaria fuit exceptio, illorum absurda. Postea Chronic. 21. Nec remansit ei filius, nisi Ioachaz, qui minimus natus erat. Cur Ioachaz tantum exceptus: non vxor, non seruus? Nimirum, quia non dictum, Nemo remansit ei: sed strictius non remansit ei filius: at Ioachaz filius: itaque fuit excipiendus. Vxor aut seruus, non filii: itaque non erant excipiendi. Infinita dari possunt exempla: etiam ex vsu quotidiano. Similiter oportuit exceptas matrem, sororem, auiam: quia possunt contineri nomine επείσκατοι, γυναικω: at non vxor.

VI. Addit Bellarminus: Nunquid vxores ancillas habere possunt in eadem domo? Et Ferrarius eadem mente. Absurdum esset permitti Episcopis vxores, nec permitti tamen vllam extraneam mulierem ad seruitiū, aut etiam curandos infantes.

VII. Imo licuit habere. Nouella 123. τω πρεσβυτερω και διακονω και υποδιακονω και παρτω τω κληρω τε γυναικω και χειροισι μετα Presbyteris, Diaconis, & Hypodiaconis, ac omnibus in Clero constitutis, nec habentibus coniuges, inhiuemus, γυναικα πνα εν τω ιδιω οικω εχει, vllam mulierem introduendam habere. Viden' inhiberi non absolute omnibus, sed cum exceptione non habentibus vxores? cur non enim praesentibus vxoribus; cum licuerit, praesentibus illis non suspectis personis? Nam neque verisimile has carere potuisse omni ancillarum ministerio: & Trullanus Canon quintus eo facit, Μηδεις των εν ερωτικω καταλελυτων, τω γυναικω, τω εν τω οικω εν φεσθωρον αυυποπλων αυουτων οικω διακονω γυναικω κηκτιθα η φεσθωρον αυουτων, τω αυεπιλωθον αυουτων εν τω οικω, Nullus eorum qui in sacerdotali Catalogo recensentur, si extra eas personas, quæ in canone ponuntur esse abque suspicione, viuat, mulierem possideat, vel ancillam, hac etiam parte sollicitus vt ne sit obnoxius reprehensioni. Audin' iis solis interdicta ancillas, qui secum non haberent matrem aut sororem, aut auiam? Ergo reliquis habere licebat. Cur ergo prohibuissent Nicæni Patres? Aut, cur hi supponunt prohibuisse? At non exceperunt Fateor: neque enim erant γυναικω σωματικω.

VIII. Nec plura bonus excogitare potuit Bellarminus. Ast Horantius: non dixit τω σωματικω cum articulo, ne singularem quampiam acciperemus, sed quamcumque siue vxorem, siue non vxorem. Turrianus. Σωματικω dixit αοριστως; id est, infinite, & sine articulo, vt intelligeremus, quamcumque mulierem, siue vxor esset, siue non vxor.

IX. Concedo defectum articuli obfata, ne singularem quampiam intelligamus; quanquam si contra disputem, nihil sit, quod vercat ne me ex-

empla deficiant. Sed quanta his Sophistis accidit αβηρησι, qui, quod de singulari posuerunt, de vniuersali concludunt? Nam vxor & non vxor, singulares mulieres non significant, sed mulierum quædam genera, siue species malis, aut ordinis. Omnino ita est: cum prohibuit σωματικω intelligi, non vnam aliquam singularem, puta Annam: sed vniuersaliter quamcumque, siue Annam, siue Mariam, siue Claudiam, quocunque tandem proprio nomine nuncupes. Sed intelligi, siue vxorem, siue non vxorem, tum deum crediderim, cum probatum fuerit, eo nomine vxorem comprehendi. Math. 10. Ne comparate autem, neque argentum, neque as in xonis vestris, neque peram ad iter. En tibi hæc omnia αοριστως æque ac illud: itaque sine dubio sensus, ne quam haberent peram: non hanc potius, quam illam, aut aliam. Sed, si quis dicat, ergo prohiberi peram omnem, siue ea vestis sit, siue non: poterunt nifum tenere Rapistæ subtilissimi? Nimirum id demonstrari fibivolent, vtrum vestis sit peram: nam si non sit, ne contineri quidem hoc interdicto patientur.

X. Iidem rursus σωματικω vocant Antiochenes quascunque mulieres, vt est in Eusebio, historici libro septimo capite trigesimo.

XI. Sed hoc argumentum nullum, mendacium merum. Apud Eusebium tantum legas Antiochenum id vocabulum esse: at, quas, qualesue mulieres designaret, non legas. Id ipsa verba doceant. Literæ sunt multorum piorum, Paulum Samosatensem accusantes multorum criminum: & huius inter alia, quod eius generis mulieres, tum ipse haberet, tum suo clero permitteret, τω σωματικω αυουτων αυουτων, ως αυουτων ονομαζουσι, και των αυουτων των πρεσβυτερων και διακονων, is και ταυτη και τα αυουτα αυουτων αυουτων εν τω σωματικω σωματικω και ελεγε, επως αυουτων αυτο γεωω εν τω αυουτων αυουτων αυουτων, τι αυουτων αυουτων αυουτων; Christophorionus reddidit, Præterea, quid est, cur literis prodamus, alicititias illius mulieres (quas σωματικω Antiocheni appellant) & mulieres etiam Presbyterorum & Diaconorum suorum, quorum non hoc peccatum solum, sed alia prope insanabilia, cum eorundem conscius esset, exploratæque cognita haberet, callide occultauit, quo illi ita ipsi obarati- que ascriptique, dum sibi ipsis metuebant male, scelerum quæ ille verbo vel factò consciuisset, reum agere non aliquando auderent. Viden' nihil vltra nomen explicari?

XII. Sed si infinite quascunque mulieres intelligeret, cur addidit, non iam articulum dico, etsi acutis aduersariis hoc penè iusta fuit demonstrationis loco: sed, cur nõ simpliciter τω αυουτων αυουτων, quo modo sine dubio mulieres appellantur αοριστως, sed addidit: σωματικω? Otiosene, & tantum, vt detineantur diutius aures? An potius, quomodo, νομιμω γυναικω cum dicit quis, non quamlibet in animo versat? Deinde has mulieres ei Episcopo, eiusue Presbyteris & Diaconis fuisse, id in peccatis numeratur. At si reliqua nolint, hoc saltem attendere debent, Græcos esse eos, qui scribunt: & apud Græcos, nunquam peccato imputatam vxorem legitimam, saltem ductam ante ordines.

XIII. Idem Arelatensis Concilii secundi Canonem tertium, pro interprete, adfiscunt. Hæc enim Synodus Canonem Concilii Nicæni sequens, & velut eius interpretes ante mille ducentos annos sic statuit, Si quis de Clericis à gradu Diaconatus in solatio suo mulierem, praeter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam suam vxorem habere presumpserit, à communionem alienam habeatur. Mulierem σωματικω vertit eam, quæ haberetur in solatio. Vxorem vero conuersam, quæ continentiam promiserit, cum ordinationi viri sui assensu est.

XIV. Sed, quod tam facile sumunt, vtrumque constanter nego: Vxorem conuersam, id est, quæ continentiam promiserit? Scio vsurpatam postrema ætate, conuersionem pro Monachatus professione: sed primis seculis, nusquam dum obseruatum. Longe pronius, pro Christianismo. Tum enim temporis (& dicitur sub Syluestro hæc habita Synodus) frequens erat ab Ethnicismo transitus: vnde & coniugatorum religio non eadem: quare hoc loco intelligitur Episcopi vxor etiam ipsa debere esse conuersa ad Christianitatem. Hinc alterum patet: non idem esse mulierem habere in solatio suo, & habere σωματικω: nimirum, quia hoc strictius, illud latius: quia in solatio sit etiam vxor: quæ tamen non sit σωματικω. Interea patet ex isto Canone, vxores vna fuisse, vna habitasse cum Diaconis, cum presbyteris: imo & cum Episcopis: quod tamen coelibatarii ferre non possunt.

XV. Superest testis Basilius laudatus Turriano, Horantio, Ferrario. Basilius ergo, Epistola ad Gregorium, inquit, Ferrarius, qui vxorem retinebat quantumuis presbyter, opponit ei hunc Nicænum Canonem; tanquam legem, qua teneretur ab ea secedere; quancunque excusatio esset ætatis septuagenario. Sic Ferrarius per compendium. At illi totam describunt Epistolam ex Balsamone, hunc in modum: iuuat enim ab eis sumere, vt eorum fides quanta sit, constare queat. Legi literas tuas tolerantissime, illudque miratus sum, quod cum posses te mihi breui & facile reipsa excusare, malis in crimine perseuerare & longa oratione vulnus periculosum curare tentes, Nos vero Gregori, neque primi, nec extremi legem tulimus, ne mulieres cum viris Deo dedicatis habitarent. Lege Canonem editum in Concilio Nicæno, qui plane vetuit habere has domi mulieres. Coelibum vero hæc est gloria & splendor, mulierum conuictu carere, vt iam qui castimoniam nomine profiteantur, re vero ipsa ea faciat, quæ facere solent, qui cum mulieribus habitant, perspicuum sit hunc decus & dignitatem ipsam virginitatis, aut castimoniam, appellatione tantum consecrari, ab ipsa vero non honesta voluptate non se temperare. Et vero magis oportuit te precibus nostris facile acquiescere, quod te ais liberatum esse ab omni libidine & corporis lasciuia: nam neque te credo annos natum septuaginta libidinosè & incontinentem cum vxore viuere, neque, quasi aliquid turpe feceris decretum fecimus: sed quoniam nos Apostolus docuit, ne offensionem & scandalo essemus fratri. Scimus autem quod à quibusdam integre sit, solere aliis occasionem peccandi præbere: hac de causa præscripta sanctorum patrum secuti, iussimus, vt vxorculam excluderes. Quid igitur chorepiscopum criminari, & veterum similitatim memores: quid de nobis quereris, quasi facile calumniis aliorum excipiendus aures patefaciamus? ac non potius te ipsum accusas, qui non passus fueris, ab ista vxoria consuetudine auelli? Et sic ergo eam domo, & include in monasterium: sit illa inter virgines, & tibi ministrent viri, nec nomen Dei per vos blasphemetur.









vo? Ne fraudate alius alium: & rursum simul conuenite. Si se non continent, matrimonium contrahant. Hoc poitio, si legitima conclusio est, Presbyteri debent hortari ad continentiam: ergo debent esse continentes: ut erit illegitima: Presbyteri debent hortari ad incontinentiam, ergo debent esse incontinentes, id est vxorati?

XIV. Et vero, cur non poterit, quæso, & vxoratus, & bigamus, hortari ad continentiam? Atqui Gregorius Nyssenus vxoratus, hortabatur ad virginitatem; & quidem non minus vehementer, quam prolixè. Potest Presbyter, qui militiam nunquam attigerit, hortari milites ad fortitudinem: potest, qui nunquam mercator, mercatores: & non poterit digamus continentes. Quid? nõne possunt continentes hortari maritos ad amorem coniugum? Deniq; possunt clerici Papistæ, qui ipsi tamen nolunt subijci regibus, hortari populos, vt subijcantur regibus.

XV. Catholici sic censent: commendandam esse continentiam, non per se, & a se, sed secundum quid: quomodo Christus. Qui potest capere, capiat, Quæ per se commendanda, ea si non exerceat ipse Presbyter, frustra committitur: turpe est doctore cum culpa redargui ipsum. Sed quæ tantummodo non, ea potest quilibet commendare, & quidem potenter, qui tamen nunquam exerceat. Cur non enim? Si quis contra excipiat, at tu ipse nihil tale præstas, in promptu responso, non esse sui officij. Nunquam sane seruus fuit Paulus, & potuit tamen ad Eph. 6. Serui auscultate iis, qui vestri domini sunt secundum carnem cum timore, ac tremore. Nunquam patet, & tamen, Patres ne provocate ad iram liberos vestros.

XVI. Superest causa mystica. Vnde argumenti hanc esse formam est necesse. Nullum coniugium secundum perfectè significat Christi cum Ecclesia coniugium. At clericorum coniugium oportet significare perfectè Christi cum Ecclesia coniugium: Ergo nullum clericorum coniugium oportet esse iteratum. Atqui tanta est huius Syllogismi absurditas, vt veceat ne me aliquis Grefserus obiiciat fingere. Sed viderit, si qui poterunt melius. Nam ego quidem, & confiteor non posse aliter, & profiteor bona fide formasse.

XVII. Respondeo: Primum, quam ineptum, quæso, quod clericorum coniugium volunt perfectè significare Christi coniugium: cum tamen noliat vilius esse clericorum coniugium? Potuitne dici quicquam inconsideratius? Prolixè declamant, in ea coniugia, esse sacrilega, esse peiora scortationibus, & adulterijs: multi, esse iure diuino prohibita: omnes iure positio nunquam licita, & nunc tamen, oportet, aiunt, clericorum connubia perfectè significare Christi coniugium. Siccine apud Papistas respondent vltima primis? Et tamen videri voluit Bellarminus serio agere. Nam alioquin, quorū illud perfectè significare? Et, cur non simpliciter significare? Imo, cur disparauit a connubis laicorum hac differentia? Satis est, inquit si matrimonium laicorum significet coniugium Christi cum Ecclesia, licet non significet illud, ut est vnus cum vna.

XVIII. Secundo, vt hoc peccatum condonemus, & fingamus ex parte saltem redisse nobiscum in gratiam, agnosceretque legitima esse saltem quædam clericorum matrimonia, tantumque ambigere de digamia: quid est, quod non matrimonia dicunt, sed clericorum matrimonia debere perfectè significare Christi coniugium? An, quia aliter clericorum, aliter laicorum matrimonia debent? Atqui nos negamus. Nam, cur deferamus formam Bellarminianam? Nulla Scriptura id vnquam, vel leuissime indicauit, nedum expressit. Dubitem etiam, an vlli vnquam Patrum sit dictum. Certe nihil adfert Iesuita, quo intelligere possimus à se ipso non fuisse commentum. Quod si nullum discrimen sit laici & clericali matrimonij, hoc est si æque vtrumque significet coniugium Christi, quis non videt insolentiam argumenti. Nam eadem ratio efficiet, ne laicis quidem permitienda iterata coniugia.

XIX. Tertio, quid est perfectè significare? Aut, vnde perfectionem æstimabimus? Ex partem exemplaris, an potius imaginis? Exemplaris quidem, vt omnes eius circumstantiæ depingantur? Atqui hoc fieri nequit. Audacter dicam, nullum vnquam fuisse vilius rei tam exactum, & adæquatum, vt quæ sunt & æque omnia exprimeret. Omnes similitudines, in quibus certis terminis circumferuntur: quos terminos si excedas, desinunt similitudines esse. Laudatissimæ imagines Apellis nihil vnquam præter lineamenta designarunt. Estque hoc maxime verum in signis voluntarijs, quorum efficacia pendet omnis ab institutione: qui enim instituit, quod vult, quomodo vult, significat. Sacrificia vetera designabant, & quidem verissime redemptio nis nostræ mysterium: non tamen omnes eius partes, sed postremum duntaxat actum, videlicet mortem Christi. Et ipsa Eucharistia corpus est Christi non absolute, sed tunc & tunc κλάρωρον. Itaque hoc modo ineptissimum est argumentum.

XX. An igitur perfectionem metiemur ex parte signi? Nimirum, vt quæ pars mysterij fuit representanda, ea perfectè representetur? Atqui hoc sensu negatur maior. Nam secundæ nuptiæ non minus exprimunt quicquid matrimonio humano representari dicitur, quam primæ. Sunt enim secundæ, vere, proprie, perfectè matrimonium, & quidem legitimum, & tam legitimum quam primæ. Itaque nihil representant primæ nuptiæ, quod non representent secundæ.

XXI. Sed Bellarminus, contra. Qui secundam vxorem duxit, significat quidem coniugio suo Christi coniugium, sed non ita perfectè, vt is, qui vnā solam habuit: non enim significat Christum esse vnū vnus Ecclesiæ sponsum.

XXII. Ast ego primo, quid, si quæram à Bellarmino, vnde habuerit, matrimonio significandum Christum esse vnus Ecclesiæ vnū sponsum? Perfecto non habet à Scriptura. Paulus est Eph. 5. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea. Nullus vnquam suam ipsius carnem odio habuit, imo enutrit, ac fouet eam, sicut & Dominus Ecclesiam. Propterea derelinquet homo patrem ac matrem, & agglutinabitur vxori suæ: & qui duo erant, fient vna caro. Mysterium hoc magnum est: legor autem de Christo & Ecclesia. Hæc Paulus: in quibus, quid est de vno viro, de vna vxore? Imo, quid in protasi, quod non æque conueniat secundis, ac primis nuptiis? Non equidem nego, vnū esse vnus Ecclesiæ maritum Christum, sed aliud est, ipsum esse Christum, aliud significari per matrimonium.

XXIII. Deinde, hoc ipsum, nempe vnus Ecclesiæ vnū sponsum esse

Christum, æque significari per secundas nuptias, ac per primas. Nam in illis non magis multæ sunt vxores, quam in istis, sed vna tantum: quomodo, vna est semper Ecclesia, vnus Christi. Nec significationis vim minuit successio vxorum: quod successio Pontificum summorum non obstabat, quominus vnus Pontifex vnū Christum significaret. Nimirum, quia Pontificatus ea erat natura, vt vnus esset: at quod plurium erat, fiebat per accidens quin eadem personæ non poterant esse perpetuæ. Quæ ratio eadem coniugij: nam hoc adeo sua natura est vnus cum vna, vt non possit aut vir idem habere plures vxores, aut vxor vna plures viros, etiam si bis, terve, aut sæpius infrauerit.

XXIV. Tertio, etiam si concederemus non posse significari hanc coniugij Christi veritatem, per repetitas nuptias: tamen nullā consequentiā est: quia probandum esset, hanc in Sacerdote perpetuo significandam. At hoc fallum. Nam si potest omnino non significari in clerico Christi coniugium: ergo potest etiam non significari eius coniugij vnitas. Etenim non potest hæc vnitas significari, vbi nulla significatio est coniugij. At in clerico non est necesse significari coniugium Christi in Ecclesia. Hoc patet, quia non necesse est clericum contrahere coniugium. Cum ergo clerici cælibes non significant Christi coniugium, ac proinde neq; eius coniugij vnitatem: quid absurdus sit, si dicamus in bigamo non significari hanc eandem vnitatem.

XXV. Denique ne ipsa quidem Monogamia potest hanc Christi coniugij vnitatem perfectè significare. Ratio, quia hæc vnitas nunquam dissoluitur. At monogamiæ vnitas dissoluitur; saltem morte alterius coniugum: adeo vt etsi superstes non iteret coniugium, tamen non sit amplius defunctæ coniugis vir, sed prorsus dissolutum matrimonium, ita vt non sit amplius, nec re, nec nomine. Si enim constaret etiam intercedente morte, nullo vnquam casu liceret secundam vxorem ducere, & vicissent Cataphryges. Sed & Paulus rem totam definiit, ad Roman. cap. 7. Vxor alligata est lege, quando viuuit vir ipsius: quod si obdormierit vir ipsius, libera est ad cuius velit nubendum.

XXVI. Quare nunc tandem concludimus, nullam esse, aut moralem, aut mysticam causam legitimam, quare prohibeantur secundæ nuptiæ clericis, magis quam primæ. Audiamus nunc contra argumentantem Bellarminum.

XXVII. Totus est in explicando Paulo. Tota, inquit, controuersia est de verbis illis beati Pauli, Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum. Et rursum, Diaconi sint vnus vxori viri. Probat igitur triplici argumento intelligenda, non tam prohibere plures simul vxores, quam varias successiue. Primo, quia idem Paulus, ad Timoth. 5. similiter dixit, vidua eligatur, quæ fuerit vnus viri vxor. At nulla ratio permittit, vt Paulus voluerit, ne vidua eligeretur, quæ fuisset vxor multorum virorum simul: frustra enim iussisset, cum nunquam & nusquam is vnus fuerit. Secundo, quia quo tempore Paulus id scribebat, non erat consuetudo, neque apud Iudeos, neque apud Gentiles, & multo minus apud Christianos, vt vnus vir duas simul vxores haberet. Tertio, quia Patres semper hunc locum de monogamia ita intellexerunt, vt non liceat eum Episcopum, vel Diaconum creare, qui duas vxores etiam diuersis temporibus habuerit.

XXVIII. At nobis contra videntur, non successiue, sed concurrentes simul vxores prohiberi. Vifum etiam Chrysostomo in 1. ad Timotheum homilia 10. Μία γυναίκα ἀνδρά εὐνομοῦσθαι τὸ το φησιν, ἀπὸ μὲν εἰναι ἕξον ἀνευτέ- ται γυναικὸς ἀλλὰ τὸ ἀμετρία κολών ἐπιτελεῖται ἐπὶ τῷ ἱερωτικῷ ἔξῃ, ὅτι δευτέρως ὁμο- λει γαμοίς, καὶ δύο ἔχει καὶ τὸν τὸν γυναικῶς. Vnius vxoris virum, Non hoc veluti sanciens dicit: quasi non liceat abscq; eo esse, sed immoderatam licentiam cohibens: quia apud Iudeos licebat etiam secundo matrimonio iungi, duasque simul vxores habere. Vifum Theodoro, Illud autem, vnus vxoris virum, mihi videntur quidam recte dixisse. Olim enim consueuerant & Græci, & Iudæi, cum duabus, & tribus, & pluribus, etiā vxoribus, simul iungi lege matrimonij. Quinetiam nunc, cum leges Imperatoria prohibeant duas simul vxores ducere, rem habent cum concubijs & meretricibus. Dixerunt ergo diuini dixisse Apostolum eum qui cum vna sola vxore pudice cohabitauit, dignum esse qui ordinetur Episcopus. Neq; n. secundum inquit, reiecit matrimonij, qui illud sæpe iussit fieri. Hæc considerans admitto eorum interpretationem quæ sic intellexerunt, Vifum Theophylacto, Vel vnus vxoris virum dicit, vt qui ad eam Episcopatum prouehendus sit dignitatem, non multas habuerit vxores, sed vnā. Quod eo dicit, ne Iudeos in ea re sectarentur, quibus vt plurimos filios procrearent, vt & plures haberent vxores, permittebatur.

XXIX. Ad primum argumentum, respondeo, ne in viduis quidem prohiberi secundas nuptias. Tectis Theodoris, Hinc et manifestum est, quod non reiecit secundas nuptias, sed decernit vt in matrimonio caste viuant. Neq; n. qui secundum matrimonij lege superius constituit, prohibuit, vt quæ secundas sit sequuta nuptias, non assequatur corporale subsidium: qui aperte præcipit, vt bonum faciamus omnibus hominibus.

XXX. Enimvero, neq; Græce ἀνὴρ & γυνή, neq; Latine vir, nomina sunt, quæ proprie matrimonij legitimum congnificent, quomodo aut γαμήτι Græcis, aut Latinis maritus, & vxor: sed generalius sexuum copulationem etiam illegitimam. Vnde illud apud Suetonium in Cæsare. Omnium mulierum virum. Et eodem sensu minimi legisse, (apud quem non occurrit) Christianos olim suis solis vxoribus viros esse. Et Calaubonus ad illum Suetonij locum, recitat ex Phæacrate, ἀνὴρ ἀπαύσιος ἢ γυναικῶν ἐστὶν υἷος. Et ex alio quopiam. Ἀνεστὸς εἰσι γυναίκα. Apud Sophoclem diuersus locus in Trachinijs, πῶς εἰς φε- βόμας μὴ πόσις μὴ Ἡρακλῆς ἰμὸς καλῶν ἢ νεώτερος δ' ἀνὴρ. Hoc nunc vereor, ne maritus quidem meus Hercules dicatur, at iunioris vir.

XXXI. Hoc modo nihil est, aut implicitum, aut difficile in verbis Apostoli. Presbyteri sunt viri suis tantum vxoribus. Viduæ fuerint suis tantum viris mulieres, etiam si bis, terve matrimonium contraxerint. Et hanc expositionem indicauit olim Hieronymus, indicauit Oecumenius. Ille Epist. ad Oceanū de Carterio, Vide ne hoc quod dicitur, vnus vxoris virum, vnus mulieris possit intelligi, vt ad coitum magis referatur, quam ad dotales tabulas. Ille explicans illud, Vnius vxoris virum, ex ea ad Timoth. 5. ἢ ἂν μὴ ἰδῆται ὡς εἰς μίαν γυναίκα τῷ νομίμῳ, Vel vniam noscitur ad coitum mulierem eam, quæ sit legitima. Et ad Titum, ἀντὶ εἰδῆται τῷ νομίμῳ μόνῳ, Illam noris legitimam solam. Nihil hæc coacti est, nihil absurdum.

